MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80274-6

AUTHOR:

WENSCH, WILHELM FERDINAND

TITLE:

LEXICI PLINIANI SPECIMEN

PLACE:

VITEBERGAE

DATE:

1837-39

Master Negative #

91-80274-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

87P71
FZ6 Wensch, Wilhelm Ferdinand,
...Lexici Pliniani specimen... auct. Wenschio... Vitebergae, Typis Carol. Henric. Ruebeneri, 1837-39.
2 pts. in 1 v. 23½ cm.

At head of title: Ad Gymnasii Vitebergensis examen... invitat Guil. Ferd. Wensch...

67735

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 12x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 10.1.91 INITIALS V.W.D.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

PART 1

IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)

150mm

6″

PHOTOGRAPHIC SCIENCES CORPORATION
770 BASKET ROAD
P.O. BOX 338
WEBSTER, NEW YORK 14580
(716) 265-1600

AD

GYMNASII VITEBERGENSIS

E X A M E N

PER DIES XV XVI MENSIS MARTII A. MDCCCXXXVII.

PUBLICE INSTITUENDUM

AD

AUDIENDASQUE DISCIPULORUM QUI SCHOLAE VALEDICUNT

ORATIONES

LITTERARUM EXISTIMATORES AC FAUTORES

EA QUA DECET OBSERVANTIA

INVITAT

GUIL. FERD. WENSCH,

HALANUS.

INEST: 1. Lexici Pliniani specimen, pars I., auct. Wenschio, Subr.
2. Annales scholae, auct. Franc. Spitznero, Rect. et Prof.

VITEBERGAE A. 1837.

TYPIS CAROL. HENRIC. RUEBENERI.

Lexici Pliniani Specimen.

Quod exhibeo *Lexici Pliniani* specimen, praecursoris quasi fungatur vice operis faustioribus auspiciis absolvendi, nunc enim paucae tantum horae succisivae his occupationibus a scholastico munere conceduntur. Sed fortasse dies meliora! — Panegyricum, et Epistolas Traiani non attigi, ne loquendi genera confunderentur; nomina propria peculiari indici reservavi. Librorum optimorum, Medicei, Romani et praestantissimi Pragensis scripturas diligenter expendi, ad eorumque nec non aliorum normam Plinii verba excitavi, sic ut in nullius editoris verba iurarem, sed meis ipsius pedibus quasi sustentarer. Quae ad dictionis alicuius interpretationem necessaria videbantur, ea statim subiunxi aut ad interpretes, qui mihi satisfecerunt, te relegavi. De utilitate vero huiusmodi Lexicorum plura praefari supersedeo, verba duumvirorum egregie cordatorum faciens mea, quorum alter *Fr. Aug. Wolfius* Anall. litter. II. 4. pag. 368. dicit: *„So drängt sich der Gedanke auf, welche schöne Vorsammlungen zusammenkommen müssten, wenn nur in einem und andern Theile unseres Vaterlandes die gelehrtesten Schulmänner von einsichtigen Aufsehern aufgefordert würden, zu ihren Programmen den Stoff aus der Lexicographie beider Sprachen planmässig zu wählen. Leicht liessen sich so alljährlich ein paar Dutzend solcher Schriften erwarten, worin bald ganze kürzere Autoren für den Thesaurus erschöpft, bald einzelne schwierige Artikel nach einem höhern Ideal als bisher behandelt, bald die Lücken, die G. (esner) und F. (orcellini) gelassen haben, ausgefüllt werden könnten. Der erstere liess deren oft recht wissentlich, und stellte da, wo er irrig zu citiren fürchtete, lieber Punkte, um eine Nacharbeit künftiger Leser zu reizen, diess selbst bei gelesenen Schriftstellern, wie Livius, Seneca, sogar Ci-*

cero: — — Bis jetzt giebt es sonach wenige Autoren, die von den Thesauristen — — bei aufmerksamem Studium wirklich und durchaus berücksichtigt scheinen, wie es etwa Persius von Gesner ist; und Claves und Glossaria, an sich dürftige Hülfsmittel, müssen daher bei einzelnen noch lange wünschenswerth bleiben. Ehe aber nicht durch solche absichtlich angelegte Beiträge der Grund gelegt worden, kann schwerlich ein allgemeines Wörterbuch zu Stande kommen: und ehe dieses nicht vorliegt, lässt sich auch nicht an ein genügendes Schul-Lexikon denken etc." — Alter vero Ellendtius *in praef. ad Lex. Sophocl. pag. V. profitetur: „Erunt, qui illud meum consilium reprehendant: sunt enim, qui exilem et inanem diligentiam affirment esse, quae in litteris et apicibus additis vel omissis, vocabulis hoc illove modo scribendis et pronuntiandis, exquirendo et persequendo vocum etiam maxime vulgarium et quotidianarum usu versetur; erunt alii, qui quaerendi caussam esse negent, quoties et quomodo* ἄν *et* ἄρα *et* δέ *et* καί *et* τε *apud tragicum dicta legantur: illud enim agi, ut scias, quomodo scriptoris usus a communi omnium consuetudine discrepet, cetera universae linguae lexicis aut interpretum reservanda esse commentariis. At vero quando tempus veniet talium lexicorum condendorum, nisi prius singulis scriptoribus ea adhibetur opera? Deinde quomodo iudicabimus, quibus rebus scriptoris cuisdam aut aetatis sermo a consuetudine communiter recepta discrepet, nisi sciverimus, omnino quid dictum illi sit, quid repudiatum?" —* **Absit igitur** ***Theoninus dens,*** **qui omnia corrodit! —**

A b

I. *Dicitur de motu et discessu ab aliquo loco vel persona* (*terminus a quo*) 1. Gaditanum quendam . . . ab ultimo terrarum orbe venisse. II. 3. si qua legatio a Bosporo (*Cimmerio*) venisset, urbem petitura X. 13. si qua (*legatio*) venisset a Bosporo (*Cimmerio*) X. 15. nondum enim ab exilio venerat I. 5. ab exilio redierant IX. 13. ab urbe secessit III. 7. a vacuo limine recedo IV. 5. — quum mihi ab eadem Hispulla Julius Atticus nunciat I. 12. Postquam a te recessi, non minus tecum, quam quum apud te, fui. IX. 31. Nunc a te librum meum cum annotationibus tuis exspecto. VII. 20. quales (*epistolas*) a te venire . . . oportebat. IX. 28. *Et omisso verbo:* Nuncius a Spurinna (sc. *affertur*): Venio ad te. I. 5. graviter irascor, quod a te tam diu litterae nullae. (sc. *allatae sunt*) II. 2. silentium longum, tandem a praetore nuncius. (sc. *venit*) V. 21. — *His addamus:* Sinopenses, Domine, aqua deficiuntur, quae videtur et bona et copiosa ab sextodecimo milliario posse perduci. (*hergeleitet*) X. 91. Surgebat aestate a coena luce III. 5. *quocum Handius Tursell. I. p.* 13. *apte componit* Ovid. Am. III. 7. 53. a tenera quisquam sic surgit mane puella. sed Laurentiana (*via*) a quartodecimo lapide, Ostiensis ab undecimo relinquenda est (*abgehn beim, am*) II. 17. postquam ab oculis recessit (*den Blicken entrückt — gestorben ist*) II. 1. — *Translate:* Omnes . . . assensio et laus, a minoribus etiam profecta (*herrührend*), delectat. IV. 12. quod (*convicium*) et ego intelligo a summo amore proficisci VI. 12. Equidem nunquam sum miratus, quae saepius a fortuna, quam a iudicio proficiscerentur. VII. 29. sed tamen et a magno studiorum honore veniebat. (*rührte her von der gr. Achtung, die er vor den Studien hatte*) VI. 2. — Non tamen, ut omnino ab inertia mea et quiete discederem I. 6. nulla occasione corruptus ab insito abstinentiae amore deflexit. VII. 3. — 2. *Jungitur cum verbis removendi et pellendi:* foedumque contactum (*carnificis*) quasi plane a casto puroque corpore, novissima sanctitate reiecit (*Vestalis virgo*) IV. 11. *cui loco, qui multifariam interpretes torquebat, mirum in modum medetur cod. Prag., pro vulg.* plane *praebens* planta, *quod egregie convenit antecedenti verbo* resiluit; (*gleichsam mit einem Fusstritt stiess sie den Henker zurück*). quum essent philosophi ab urbe submoti. III. 11. *Translate*: submotum a proconsulatu (*entsetzt*) II. 12. — 3. *Cum vocibus distantiae, quibus maxima cum verbis motus intercedit cognatio, ita ut saepissime haesites, utri ordini eas ascribas:* Decem aut (*cf. Titze*) septem millibus passuum ab urbe secessit (= *distat sc. Laurentinum praedium*) II. 17. Sed hi (*Tusci Plinii*) procul a mari recesserunt (*distant*) V. 6. coenatio remota a mari (*Prag. omitt.* a) II. 17. Residemus

in area domus, quae mare a tectis dividebat VI. 20. Fortes, inquit (*Plinius maior gubernatori*), fortuna iuvat, Pompeianum pete; a quo (*sic Prag., relicui omnes* Stabiis) erat diremptus sinu medio VI. 16. §. 12. Est enim statim ab capite (*fontis*) paullo amplius mille passibus locus suspectus et mollis X. 91. abesse mihi etiam a villa mea videor. II. 17. — duae (*descensiones*) in sole, tertia a sole longius, a luce non longius (*sc. abest*) V. 6. §. 27. Non procul autem a balneo scalae (*sic Prag.*) V. 6. §. 27. — decessit autem in nave, procul a fratre amantissimo, procul a matre, a (*Prag.* et) sororibus. V. 9. — *Translate:* quum separaris a turba (*dich trennst*) II. 11. Bona Classici ... placuit senatui, a relicuis separari III. 9. §. 17. a quibus (*pessimis*) hic optimus separari (*unterschieden*) non alio magis poterat, quam diversitate censendi. VI. 27. quod me ab illis (*coheredibus*), maiore officio iubente, secerno. (*trenne meine Sache von der ihrigen*) VII. 11. adeo desciveramus a consuetudine parentum III. 20. A quo vitio tu longe recessisti, scio. (*bist fern*) IX. 5. quod nos (*nimia cura*) a recentioribus (*operibus conficiendis*) revocat. (*abhält*) IX. 35. Ab iis, quae avocant, abductus (*entfremdet den geistzerstreuenden Gegenständen*), et liber et mihi relictus IX. 36. A qua (*imitatione imitationis*), rogo, ut artificem, quem elegeris, ne in melius quidem, sinas aberrare. (*sich entfernen*) IV. 28. exigebamque, ut qui capitali supplicio afficiendos putabant, discederent a relegante (*i. e. ab iis, quibus relegationis poena placeret; sich beim Abstimmen trennten von*) VIII. 14. Inspexi enim penitus (*Corellium*): nihil ille a me secretum (*hat kein Geheimniss vor mir*), non ioculare, non serium, non triste, non laetum. IV. 17. quae satis apertis notis iudicium ab humanitate discernunt. (*Urtheil von Nachsicht unterscheiden lassen*) V. 3. Ideo et interim et, ne a meis verbis recedam (*bei m. W. bleibe*), advocatum peto. (*sic Prag., cui prope accedit Medic., relicui* discedam) V. 8. ita ego ab hoc archetypo laboro (*sic optimi Prag., Medic., Ox., Helmst. et Arnz., prob. Cortio et Titzio, vulgo* labor.) et decido (*kann das Vorbild nicht erreichen*) V. 10. frustra postea dissentient ab eo, cui paullo ante consenserint. VIII. 14. — Nec mediocriter haesitari, sitne aliquod discrimen aetatum, an quamlibet teneri (*Christiani*) nihil a robustioribus differant X. 97. confitebor, et ipsum me, et contubernales ab editione (*libri*) non abhorrere (*nicht abhalten lassen*) I. 2. Scio, te quoque a iudicio meo non abhorrere. V. 7. nomine unguentarii, qui titulus a vita hominis compti semper et pumicati non abhorrebat (*gut passte für*) II. 11. Sed tanto magis laudandi probandique sunt, quos a scribendi recitandique studio haec auditorum vel desidia vel superbia non retardat (*nicht entfremdet*) I. 13. Nam et in ratione conviviorum, quamvis a plerisque cibis singuli temperemus, totam tamen coenam laudare omnes solemus. II. 5. — Nunquam a poëtice (*Prag.* poëtica) ... alienus fui VII. 4. et quanto ab eiusmodi cupiditatibus remotior eius animus esset VIII. 6. ex SCto. sit licet, sicut est, ab omni ambitione longe remotus V. 15. —

4. *De loco et persona, unde aliquid accipitur, expetitur, aufertur, sumitur:* Accipiam (*pecuniam*) a socru. III. 19. si ... quartam partem ab heredibus eius accipias. V. I. Accipit (*villa*) ab hoc (*Apennino monte*) auras V. 6. §. 14. cubiculum tantum stibadio reddit ornatus, quantum accipit ab illo V. 6. §. 37. exigis, ut accipi iubeam a te pretium agrorum non ex septingentis millibus, quanti illos a liberto meo, sed ex nongentis, quanti a publicanis parte vicesima emisti. (*sic Prag., vulgo* partem vicesimam.)

V. 14. quum ... acciperem a medico potionem VII. 1. qui nunc exiguissima legata ... accipient ab herede. VII. 24. quod (*praemium*) a pessimo accepit. IX. 13. acceptumque ab his (*Nicensibus*) libellum huic epistolae iunxi. X. 87. a qua (*accusatrice*) et ipsa acceptum libellum his epistolis iunxi X. 67. quas (*artes*) plurimum refert a quo potissimum accipiat. III. 3. quaedam (*dona*) a provincialibus acceperat IV. 9. dabuntque operam (*parentes*), ne a me pecuniam non nisi dignus accipiat, si accepturus et ab ipsis erit. IV. 13. Debent autem sapientes viri, ut tu, tales quasi a republica liberos accipere, quales a natura solemus optare. IV. 15. — desiliens aqua, suscepta a marmore, albescit (*in einem Marmorbassin aufgefangen. Sic Prag., relicui omitt.* a) V. 6. §. 24 — a me praesertim (*audire velis*) IX. 9. Auditum est frequenter ab ipso, VIII. 18. *sed codd. ap. Cort.* ex illo, *Prag.*, ex ipso. — praeceptori, a quo mores primum, mox eloquentiam discat, III. 3. a dissertissimo viro discere, quid laudandum, quid reprehendendum. VIII. 13. ut a maioribus natu non auribus modo, verum etiam oculis disceremus (*Prag.* discerentur) VIII. 14. — id nunc iure videor a te meis (= *amicis*) petiturus III. 2. advocatum me a senatu petierunt. III. 14. modo consilium a senatu petebam III 9. §. 21. A simplicitate tua peto, ut IV. 14. Vir praetorius Sollers a senatu petiit, ut V. 4. Petendum ab optimo principe, ut V. 14. Addidit etiam, petendum a consulibus, ut VI, 5. deos oro; ab iisdem (*Prag. addit* quoque), teste te, peto, ut VI. 11. tanto impensius petere (*senatum*) a publico parente, ut VIII. 6. *ex SCto.* Quibus ex caussis et a Divo patre tuo petieram, ut X. 3. Quod (*ius Quiritium*) a te, petente patrona, peto. X. 4. Quod (*ius Quiritium*) a te, volentibus patronis, peto. X. 6. a te potissimum petere constitui, quod ... cupio. II. 13. petii ab eo, ut X. 24. cogor petere a te ... mittas architectum (*omisso* ut) X. 48. Flavius Archippus per salutem tuam aeternitatemque petit a me, ut X. 67. Sed peto a te, cuius ... indulgentiam experior. (*doch ich bitte es ja von dir, dessen etc.*) X. 105. Ecdicus, Domine, Amisenorum civitatis petebat apud me ab Julio Pisone denariorum XL millia X. 111. — Titinnius Capito ab imperatore nostro impetravit, ut I. 17. Ego Sexto latum clavum a Caesare nostro, ego quaesturam impetravi II. 9. ab optimo principe trium liberorum ei ius impetravi II. 13. ut darer provincialibus patronus, si ab ipso (*senatu*) me impetrassent III. 4. tribunatum, quem a Neratio Marcello, clarissimo viro, impetravi tibi III. 8. Ab illis autem ... facile impetrari posse (*Prag. omitt.*) confido, ut V. 3. nisi a verecundia tua ... impetrari posse confiderem. VI. 32. quae (*scripta mea*) vix ab otiosis impetrare aliquid perituri temporis possunt. (*Zeit in Anspruch nehmen*) VII. 2. impetrandumque a bonitate tua per nos habet (*Suetonius Tranquillus*), quod illi fortunae malignitas denegavit. X. 105. *de qua dicendi ratione pro:* ei impetrandum est, impetrare debet, *et aliis cf. Cort., Rittershus. et Casaub.* ad *h. l. et ad X.* 82. *et I.* 7., *Schwarz. ad Plin. Paneg. c.* 15. *pag.* 31., *Arntzen. ad Plin. Paneg.* 15. *p.* 83., *Boetticher. lex. Tacit. p.* 339., *Erhard. ad Petron. cap.* 90., *Oudend. ad Frontin. strateg. I.* 4. 3., *Markland. ad Stat. silv. lib. II. praef. p.* 213. *ed. Sillig., Vechner. Hellenol., vel potius Heusinger. ad. p.* 411., *Vorstium de lat. falso susp. cap. VII. pag.* 54. *ed. Gesner., add. Voss. de constr. cap.* 51., *Nolten. Lex. antib. ed. Wichm. pag.* 1516. *sq.: Ruddiman. institt. ed. Stallb. II. pag.* 241. *sq.* — Videntur enim non mediocres pecuniae posse

revocari a curatoribus, si mensurae (*agrorum*) fideliter aguntur. i. e. *man kann von den Curatoren Nachzahlungen verlangen*, X. 28. Erit enim pecunia, ex qua fiat: primum ea, quam revocare a privatis et exigere iam coepi X. 34. — Qui a te hanc austeritatem exigo II. 5. non debet ab eo, quem ego parentis loco observo, exigere officium, quod parenti suo remisisset. VII. 23. Nec tuae naturae est, translatitia haec et quasi publica officia a familiaribus amicis contra ipsorum commodum exigere IX. 37. tum Eumolpus assistens Flavio Archippo, exigendam esse a Dione rationem operis, antequam reipublicae traderetur, quod aliter fecisset ac debuisset. X. 85. — A te enim ratio exigetur, nos excusabit obsequium. *Sic vulgo*, quam scripturam quamvis renitente *Cortio et Titzio, cum Schaefero retinendam censeo.* II. 19. — nec invenientur, qui velint debere, reipublicae praesertim, . . . quanti a privatis mutuantur. X. 62. — Per hunc (*Nigrinum*) a consulibus postulabat, ut VII. 6. — O Regule, qui ambitione ab omnibus obtinebas, quod fidei paucissimi praestant. VI. 2. — optare a natura *cf. supra* accipere. — erit, a qua (*Fannia*) viri quoque fortitudinis exempla sumamus (*wir uns zum Muster nehmen können*) VII. 9. — A quibus libenter requisierim, cur concedant (*Diese möchte ich doch fragen*) VII. 17. — 5. *Cum verbo exspectare, cf. Hand. l. l. p.* 52. *cf. supra I.* 1. Non est tamen, quod ab homine desidioso aliquid novi operis exspectes. l. 8. — 6. *Cum verbis passivis et neutris, ubi vim instrumentalem habet, nostrisque praepositionibus* von *aut* durch *redditur:* ut dignitate (*equestri*) a me data (= *quam mea ope adeptus es*) quam modestissime utare I. 19. (*alii* ut a m. d., *alii aliter, cf. Cort. et Schaef.*) quod (*ingenium*) dari nisi a diis non potest (*Prag.* non nisi a d. p.) IV. 8. advocatus a senatu datus VII. 6. Quam simus advocati a senatu dati. VII. 33. Nam in scrinio eius (*Domitiani*) datus a Caro (*delatore*) de me libellus inventus est. (*eine v. C. übergebene Anklageschrift*) VII. 27. ius a natura datum (*Naturrecht*) VIII. 24. datum se a consulibus tutorem Helvidii filiae IX. 13. datumque (*esse*) a senatu ius omnibus, de quibus ille (*Bassus*) aliquid constituisset, ex integro agendi X. 64. Allegabat tamen (*Archippus*) pro restitutione et libellum a se Domitiano datum X. 66. beneficia a Domitiano data (*Archippo*) X. 66. curis delegati a vobis officii retentus, X. 24. — Actionem et a te frequenter efflagitatam et a me saepe promissam exhibui tibi II. 5. Heri (*Prag.* Aerea) a senatu Vestricio Spurinnae . . . triumphalis statua decreta est II. 7. quippe offeruntur (*praetoria ornamenta*) a servis VIII. 6. quos (*beneficiarios*) assignari a me Gemellino, optimo viro, iussisti X. 36. Ego inveni, a plerisque proconsulibus concessam eis (*Bithynicis et Ponticis civitatibus*) protopraxian, eamque pro lege valuisse. X. 109. — is tunc in exilio erat a Domitiano relegatus I. 5. (*Prag. omitt.* erat, *puncto post* exilio *posito, fortasse verba* a D. rel. *sunt glossa, ut Titzius suspicatur.*) a Domitiano relegatus: revocatus a Nerva IV. 9. scribebat tamen exitus occisorum aut relegatorum a Nerone. V. 5. indicavitque, adversarios suos a Servilio Calvo, clarissimo viro, in triennium relegatos, in provincia morari: illi contra, ab eodem se restitutos affirmarunt. X. 64. Nam sicut mandatis tuis cautum est, ne restituam a me aut ab alio relegatos, ita X. 64. Est enim adductus ad me in perpetuum relegatus a Julio Basso proconsule. X. 64. erat enim ab illo (*Classico*) relegatus III. 9. §. 31. — Eadem lege sancitur, quibus de caussis senatu a censoribus eiiciantur (*Longol.* a *omitt., secutus*

vett. editt., vulgo e sen. a cens.) X. 115. — Solum superesse me, a quo revocari posset (*Corellius*) ad vitam *i. e. a quo retineri posset a morte voluntaria, quam sibi proposuerat.* I. 12. — Atque utinam tam claros praeceptores inducatis, ut a finitimis oppidis studia hinc petantur. IV. 13. (*sed boni Mss. et Prag. omitt.* a *cf. Cort.*). — Et imprimis necessarium est, mitti a te vel aquilegem vel architectum X. 46. Gallinam, ut a te missam, libenter accepi VII. 21. in Aegyptum missus a me (*Prag.* a me m.) V. 19. ab illo (*principe*) ad senatum remissi (*Bithyni*) VI. 13. et ab dissimillimis delator immissus. (*sed Medic. et Prag.* et diss. similis del. imm.) VI. 31. Est enim peregrinae conditionis, manumissus a peregrina. X. 4. eum (*Harpocratem*) scilicet a peregrina manumissum (*esse*) X. 22. servisse aliquando Laberio Maximo, captumque a Susago in Moesia, et a Decebalo muneri missum Pacoro, Parthiae regi, pluribusque annis in ministerio eius fuisse X. 16. — Nihil est, quod a te mandari mihi aut maius aut gratius, nihil, quod honestius a me suscipi possit. I. 14. Quid a te iucundius mihi potuit iniungi II. 18. quae a me tibi iniunguntur III. 6. Tu modo memineris, commendari tibi a me non arbores et terram VI. 3. Egi enim quasdam (*caussas*) a senatu iussus VI. 29. ego iussus a legato consulari VII. 31. — curatur a multis, timetur a pluribus I. 5. — Nam ita formari a me et institui cupit, ut ego a vobis solebam (f. a me *optt. mss. et Prag.*; a vob. ego *Prag., quod Titzius iure „venustius" dicit*) I. 14. — te decipi a me non oportet I. 5. — allectus a divo Vespasiano inter praetorios (*gewählt*) I. 14. electusque tunc a provincia ad inquirendum. III. 9. §. 31. Scripsit publice, ut a curionibus eligeretur vocalissimus aliquis ex ipsis, qui legeret eum (*librum*) populo. IV. 7. an qui minor XXX annorum gessit magistratus, possit a censoribus in senatum legi (*sed Vossian.* a *omitt., qua de re cf. Longol. ad X.* 43.) X. 83. Lex Pompeia . . . eos, qui in bulen a censoribus leguntur, dare pecuniam non iubet. X. 113. qui a censoribus legerentur (*gewählt*) X. 113. — ut a C. Musonio . . . gener assumeretur. III. 11. a Corellio . . . adiutor assumptus VII. 31. — exhereditatus a matre V. 1. exhereditata ab octogenario patre VI. 33. exhereditatus a patre VI. 33. — multaque alia, quae a me in eandem sententiam solent dici. I. 20. quum ab alio dictum est, quod ipse praevidit. I. 20. Nolo repetere, quae dici ab ipsis, moleste tuli. VI. 5. Quemadmodum . . . videri potest una sententia, quae dicitur a duobus, quae non videretur una, si ab uno diceretur? VIII. 14. — quia ab aliquibus affirmatur mihi (*in Voss. abest* ab X. 115. — summum oratorem Periclem sic a comico Eupolide laudari I. 20. laudatus est a consule Corn. Tacito (*T. hielt ihm die Leichenrede*) II. 1. fides . . . ab illis ipsis suspicitur laudaturque (*Prag. omitt.* ab, *ut sit dativus*) III. 9. §. 26. Si laudatus a te laudare te coepero IX. 8. quod malui omnia a te pensitari, quam electa laudari IV. 14. — a me tamen, ut confirmati (*testamento*), observabuntur (*codicilli*). II. 16. — quod est a principe et a senatu probatus (*Marcellinus*) IV. 12. quod a me probetur. V. 3. — morti eius, si celebretur a te, immortalem gloriam esse propositam. VI. 16. — quales a me praedicantur VII. 28. — notatum a senatu (*gebrandmarkt*) II. 12. a quibus sit notatus II. 12. — Erat sane prius, a paucis tamen, acclamatum exeunti. *cf. acclamare.* V. 14. — Cui quanquam legitimae postulationi a quibusdam reclamatum est. V. 14. — et quam (*potestatem*) in ordinem cogi ut a nul-

lo, ita ne a se quidem deceat. I. 23. — nec ea, quae stomachus noster recusat, adimunt gratiam illis, a quibus capitur (*gereizt wird*). (*Prag. et Rom. et alii omitt.* a.) II. 5. — quia aequissimum erat, commune crimen ab utroque defendi (*vertheidigt*) II. 11. — Repeto, me correptum ab eo, cur ambularem (*de qua breviloquentia cf. Schaef.*) III. 5. — qui a Valerio Festo . . . occisus est. III. 7. Interceptusne sit (*Prag. omitt.*) a suis, an cum suis, dubium. = *interfectus* VI. 25. — testis quidam . . . sive subornatus ab aliquo reorum (*angestiftet*) III. 9. §. 29. — Putares, non ab illis Catonem, sed illos a Catone deprehensos. (*ertappt*) III. 12. — Rem atrocem . . . Largius . . . a servis suis passus est III. 14. — Eques Romanus a servo eius, ut transitum daret, manu leviter admonitus (= *tactus*) III. 14. nec servum, a quo erat tactus. III. 14. — a quibus (*servis*) vestiatur, a quibus calcietur. III. 16. — Adhibitus in consilium a praefecto urbis, audivi VI. 11. — Est enim (*Rufo*) indolis optimae, brevi producturus alios, si interim provectus fuerit a me (*poussirt sein wird*) VI. 23. Evocatus in consilium a Caesare ad Centum Cellas VI. 31. — quendam nomine Callidromum, quum detineretur a Maximo et Dionysio pistoribus . . . confugisse ad tuam statuam, X. 16. Multae enim pecuniae variis ex caussis a privatis detinentur X. 28. — multa Polyaenum in eiusdem domus ornatum reliquisse, quae, ut domus ipsa, perierunt, a me tamen, in quantum potuerit, requirentur. X. 75. — a me tamen non ideo fiet. III. 9. §. 28. quamvis sciam, non corrumpi, in deterius quae aliquando a malis, sed honesta manere, quae saepius a bonis fiunt. V. 3. Quam multum interest, quid a quo fiat! (*sic Medic., cui astipulatur Cortius, afferens nubem exemplorum; alii boni libri habent* quoque, *quod huc non pertinet*) VI. 24. a Nerone factus est consul III. 7. ut divites fierent invitissimis (*iis*), a quibus facti sunt. VIII. 18. Iidem (*iselastici*) obsonia petunt pro eo agone, qui a te iselasticus factus est, X. 119. — Ego per eadem loca invenio fossam a rege percussam (= *factam*). X. 50. — fratris, a quo Tullus ex asse heres institutus praelatusque filiae fuerat VIII. 18. — in ea civitate, in qua omnia quasi ab occupantibus aguntur. IV. 15. Acta (*est*) caussa hinc a Polyaeno, inde a Magno IV. 10. — ut cupiam, peragi a te, quae tantum coeperant reges. X. 50. — Nam quae sunt ab aliis instituta, sint licet sapienter indulta, brevia tamen et infirma sunt, X. 109. — Nam quod in perpetuum mansurum est, a te constitui decet, cuius factis dictisque debetur aeternitas. X. 13. — eo . . . pervenit, ut a plurimis orator habeatur (*sed Rom. omitt.* a, *Medic. et Prag. omitt.* a plurimis) IV. 7. et iam mihi ab illo (*Corellio*) honor . . . habebatur. IV. 17. — des operam, ne ille se . . . a me, ego me neglectum a te putem. VI. 8. — a quibus contemnitur. VI. 17., (*sic vulgo, at vide cod. Medic. et Prag., qui totum hunc locum restituunt, nec non Titzium.*) — reliquerunt sententiam, ab ipso auctore desertam VIII. 14. — Libellum formatum a me, sicut exegeras, . . . misi tibi. VII. 12. — Praeterea architectus, sane aemulus eius, a quo opus inchoatum est, affirmat, X. 48. — ager . . . semper dominum, a quo exerceatur (*bebaut*), inveniet. VII. 18. — Nam si esse nobis curae solet, ut facies nostra ab optimo quoque artifice exprimatur, VII. 33. — Vides a medicis . . . mollius tamen liberos clementiusque tractari. VIII. 24. — quae (*tertia sententia*) quum ambas superare non posset, elegit, ab utra vinceretur VIII. 14. — ac ne in lectulo quidem, nisi ab aliis, movebatur. VIII. 18.

— nequaquam me . . . delectat, si quid molle a cinaedo, petulans a scurra, stultum a morione profertur. IX. 16. quantum putas inesse iis gratiae, quae et a te, et Graece proferuntur (= *panguntur*) IV. 18. — amarique ab eo laboravi, etsi non erat laborandum I. 10. Amatur a me plurimum, nec tamen vincitur. II. 13. Amatur a me. III. 13. a quo singulariter amatus, III. 5. qui a gravissimis senibus sic amatur, IV. 27. a quibus (*Veronensibus*) olim amaris, suspiceris, ornaris. VI. 34. Mihi nunquam persuadebunt, ut meos amari a me nimium putem. (*Prag.* nimis antumem) VII. 28. Claudius Pollio amari a te cupit. VII. 31. — quum a me ut frater diligatur. VII. 23. atque ita a minoribus amari, ut simul a principibus diligare. IX. 5. familiariter ab eo dilectus probatusque. IX. 19. — Nec minus saepe ab illo, quam a te meque admonebitur. III. 3. Multa etiam a multis admonetur. V. 3. admonitus sum a peritioribus, X. 22. quod postea fecit, admonita a nobis X. 3. *Cf. supra* tangere. — ut futuri principes non quasi a magistro . . . praemonerentur III. 18. ille ab iis (*Prag.* his), quibus erat curae, praemonitus IV. 11. — Heus tu, nunquamne fecisti, quod a patre corripi (= castigari) posset? IX. 12. — Accusatus est . . . a privatis duobus. IV. 9. — rogatumque se a Fannia . . . dixisset, VII. 19. princeps . . . rogatus a Pallante, VIII. 6. *ex SCto.* Rogatus, Domine, a P. Accio Aquila, centurione cohortis sextae equestris, ut mitterem tibi libellum, X. 107. Rogatus, Domine, a Nicensibus publice per ea, quae mihi et sunt et debent esse sanctissima, id est, per aeternitatem tuam salutemque, ut X. 87. — Interrogati a Nepote praetore (*befragt*) V. 4. Ego a destinatis censoribus, quid sentirem, interrogatus, X. 83. — Omnes Certum (*Prag.* Cestum), nondum a me nominatum, ut nominatum, defendunt. IX. 13. nominatus est ab amicis Arriae et Fanniae, nominatus ab amicis suis. IX. 13. Alii ab indice nominati (*angezeigt*), esse se Christianos dixerunt X. 97. — Dices, hunc quoque ab isto (*Aeschine*) culpari (*alii* ob ista) IX. 26. — ut praeteream, quae ab Aeschine θαύματα, non ῥήματα, vocantur IX. 26. — appellatum me (*esse*) a Claudio Eumolpo. X. 85. — a quo, ut ais, nova lis fortasse, ut feminae, intenditur. IV. 17. — quo saepius a Domitiano non secus ac tela . . . in optimum quemque contorquebatur (*sc. Catullus Messalinus, Domitiani quasi instrumentum*) IV. 22. — quam (*patriam*) mihi a quocunque excoli iucundum, a te vero laetissimum est. V. 12. — Itaque et a me aestimabuntur (*beurtheilt*) ut coepta, VIII. 4. — milites et pagani, a quibus iustitia eius (*Gabii Bassi*) et humanitas penitus inspecta est, X. 18. — Nam meatus animae (*Athmen*) . . . ab iis, qui limini obversabantur, audiebatur. VI. 16. utque iam nunc assuescerent, et ab otiosis, et in triclinio audiri, VIII. 21. — responsum est mihi, cupere quidem universos (*Apameos*), ut a me rationes coloniae legerentur (*Rechnungsbücher d. C. durchgesehen w.*); nunquam tamen esse lectas ab ullo proconsulum X. 56. ut credas (*sic Medic. et Prag.*), non de puero scriptum, sed (*Prag.* verum) a puero. IV. 7. *cf. Hand. l. l. p.* 34. sed est tam polita (*epistola*), quam (*sic Medic., cui bene* assentitur *Schaef.*) nisi a studente non potest scribi VII. 13. Legitur, describitur, cantatur etiam (*liber hendecasyllaborum*), et a Graecis quoque, quos Latine huius libelli amor docuit, nunc cythara, nunc lyra personatur. VII. 4. *sic Medic., Prag. et alii, cf. Cort.* — 7. *Indicat regionem et statum, saepius cum notione motus; cf. Hand. l. l. p.* 50. atque ita (*villa*) a la-

teribus et a fronte quasi tria maria prospectat: a tergo cavaedium, porticum, aream II. 17. (*codicum varr. lectt. vid. ap. Cort. et Titz.*) Huius (*triclinii*) a laeva retractius paullo cubiculum est. *ibid.* Vincitur (*sic Medic. Prag. et Rom., vulgo* cingitur) diaetis duabus a tergo. *ibid.* A tergo Apenninum, sed longius habet (*villa*) V. 6. §. 14. A latere aestiva cryptoporticus in edito posita. V. 6. §. 29. A latere triclinii, quod fenestris caret, scalae *ibid.* §. 30. tutumque ab utroque latere decursum navibus praestet. VI. 31. Hae (*insulae*) ab omni latere perspiciuntur VIII. 20. (*quam unice veram scripturam pro vulg.* Haec . . . perspicitur *praebet Prag.*) cuius (*plateae*) a latere per spatium omne porrigitur nomine quidem flumen, re vero cloaca foedissima, X. 99. Haec facies, hic usus a fronte (*villae est*) (*sic optime Prag., relicui* visus = *facies.*) V 6. §. 28. Ab altero latere nubes atra . . . dehiscebat. VI. 20. atque ita diversissimos ventos, alium alio a latere, frangit et finit II. 17., *sed Rom. et Prag. omitt.* a. A capite porticus triclinium excurrit. V. 6. §. 19. In cornu porticus amplissimum cubiculum a triclinio occurrit V. 6. §. 23. (*sic Medic., Prag. et alii, plures* a *omitt. cf. Cort.*) Est et aliud cubiculum a prima platano, viride et umbrosum. *ibid.* §. 22. Utrinque fenestrae, a mari plures, ab horto singulae II. 17. quarum (*vinearum*) a fine imoque (*Prag.* unoque) quasi margine arbusta nascuntur. V. 6. §. 9. Ambit hunc ambulatio pressis varieque tonsis viridibus inclusa: ab his gestatio in modum circi, quae buxum multiformem . . . circumit. *ibid.* §. 17. a pedibus (*lecti*) mare, a tergo villae, a capite silvae. II. 17. A tergo (*statuae*) quoque eadem aetas (*expressa est*); III. 6. (*Vulgo adduntur* ut a tergo, *quas voces iam Barthius ap. Cort. „ex glossa prognatas esse" censet, cui obloquuntur Cortius, Gesnerus et Schaeferus ad h. l. et ad III.* 3,, *cui vero assentitur cod. Prag. eiusque sospitator Titzius.*) Proxime quum dicturus apud centumviros essem, adeundi mihi locus, nisi (*Prag. omitt.*) a tribunali nisi per ipsos iudices, non fuit: tanta stipatione cetera tenebantur. IV. 16. — *Inde nascitur significatio* a parte, *von Seiten, de rebus et personis:* A marmore splendet (*cubiculum*) V. 6. §. 38. (*sed Medic., Prag. et Arnz. omitt.* a, *quibus obsequendum videtur, quamvis* a marmore splendere *bene dicatur; cf. Cort., Val. Fl. V.* 243., *Ter. Andr. I.* 1. 129., *Perizon. ad Sanct. Min. III.* 3. *not.* 138., *Cort. ad Cic. epistt. III.* 13, *allata ab Ruhnk. ad Ter. l. l., quem debeo Ellendtii Lex. Soph. I. p.* 159.) Sed hoc a Maurico non est novum. IV, 22. (*adeas nubem exemplorum ap. Cort., et Hand. l. l. p.* 51.) A parte heredum intraverunt duo: omnino postularunt, ut VI. 31. quibus (*liberis*) videor a meo tuoque latere pronum ad honores iter . . . relicturus VIII. 10., (*sed Prag.* a *omitt.*) — et adoptionem a vitrico meruit (*Voconius Romanus*) X. 3. — eosdem (*servos*) rursus a republica (*von Seiten, auf Kosten d. St.*) pasci otiosos, inutile; non pasci, etiam periculosum existimabam. X. 40. — quamvis non posset dediscere (*actor*) illud ipsum, quod oculum modo dextrum, modo sinistrum circumlinebat: dextrum, si a petitore, alterum si a possessore esset acturus, VI. 2. (*i. e. pro. cf. Hand. l. l. p.* 55., *Nizol. Lex. Cic. p.* 1. *ed. Facciol.*) — 8. *De origine rei vel personae dicitur:* sic in foro pueros a centumviralibus caussis auspicari, ut ab Homero in scholis. II. 14. nec refert, a qua (*fabula*) potissimum incipiam II. 20. Haec putavi altius et quasi a fonte repetenda IV. 13. utque in corporibus, sic in imperio gravissimus est morbus, qui a capite descendit IV. 22. (*sic Prag., vulgo* diffunditur, *quod cum Titzio glossam sapere puto.*) quas (*rationes*) acri magnoque iudicio ab

origine caussisque primis repetit, discernit, expendit. I. 22. Propertium imprimis (*aemulatur Passienus*), a quo genus ducit. IX. 22. — 9. *Cum verbis liberandi:* Habe ante oculos mortalitatem, a qua asserere te hoc uno monimento potes; nam ceterea, fragilia et caduca, non minus quam ipsi homines occidunt desinuntque. II. 10. orabatque, ut se ab iniuria oblivionis assereret. (*der Vergessenheit entreissen*) III. 5. (*cf. Freund. Lex. I. p.* 420.) quum a scribendo vacaret III. 7. — 9. *dicitur de ordine, quo res et personae sese excipiant;* nam mihi primus, qui a te proximus. VII. 20., *cf. Hand. l. l. p.* 43. *sq.; sed quum eiusmodi locis plerumque temporis notio aliqua inhaereat, iisdem ad alteram primariam huius praepositionis vim facilis nobis paratur transitus.*

II. *De tempore:* 1. *seit, mit: cf. Hand. l. l. p.* 21. *sqq.* Municeps tu meus et condiscipulus, et ab ineunte aetate contubernalis. I. 19. Voconius Romanus, ab ineunte aetate condiscipulus et contubernalis meus. X. 3. Est quidem ille eruditus et sapiens, ut qui se ab ineunte aetate altioribus studiis artibusque dederit. V. 16. — statimque ab infantia natale solum amare, frequentare consuescant (*liberi*). IV. 13. — me quoque a pueritia formare . . . solebas IV. 19. — A fine (= *morte*) Aufidii Bassi III. 5. — edictum divi Augusti, quo permisit minores magistratus ab annis duobus et viginti capere X. 83. an ii quoque, qui non gesserint (*magistratum*), possint per eandem interpretationem ab ea aetate senatores legi, a qua illis magistratum gerere permissum est. *ibid.* — *Transl.* quibus (*voluminibus*) oratorem ab incunabulis instituit et perficit = *a primis elementis* III. 5. (*Similia loca Ciceronis et Quinctiliani invenies apud Forcell., Facciol. et Bonnell., quibus, sicut Handii exemplis nostrum adiici potest.*) 2. *von — an, nach:* Lucubrare Vulcanalibus incipiebat . . . statim a nocte multa: hieme vero hora septima, vel quum tardissime, octava, saepe sexta. III. 5. is (*dies*) ab eo (*die*), quem novissime viderat, tertius. (3 *Tage nach s., des Plinius maior, Tode*) VI. 16. aestivumque solem ab hora sexta, hibernum aliquanto maturius, quasi invitat (*villa*) V. 6. — utraque enim (*Helvidia*) a partu, utraque filiam enixa, decessit. IV. 21. — breve tempus a Iulio Basso (= *post I. Bassi accusationem*) V. 20. (*Sic optimi codd. et Prag., cf. Cort. Ceterum cf. de usu* a *praepositionis pro* post, *praeter ea, quae Hand. l. l. p.* 46. *affert, Kritzium ad Sall. Iug.* 63. 5., *Oudend. ad Iul. Obsequ. p.* 211. *ed. Kapp., Gronov. et Drakenb. ad Liv. XXIII.* 6. 1. *et Drak. ad. XXII.* 30. 17., *Boettich. Lex. Tacit. p.* 3., *Bonnell. Lex. Quinctil. p.* 1., *Parei Lex. Plaut. p.* 1., *Nizolii Lex. Cic. p.* 1. *ed. Facciol., atque de Graecis Fischer. ad Vell. III.* 2. *p.* 108. *sq., quibus adde Fischer. Ind. in Theophr. Char. s. v.* ἀπό.)

Forma ab *ante consonantes apparet tantummodo:* X. 91. ab capite, *cum varia scriptura* a, *ad quem locum cf. Cellarium et Longolium.* X. 111. ab Iulio, *sed* X. 64. *et* V. 20. a Iulio *habes.* VI. 31. ab dissimillimis, *ubi alii praepositionem omittunt.* X. 91. ab sextodecimo. — *Cf. Hand. l. l. p.* 5. *sq. et VV. DD. apud Forcellin. ed. German. p.* 1.

abdo. abdere lacrymas III. 16. — libramentum abditum et coecum IV. 30. Tam alti abditique secreti illa ratio II. 17. mihi certe, quoties aliquid abditum (*Entlegenes, Seltenes*) quaero, ille (*Aristo*) thesaurus est I. 22.

abduco. Ab iis, quae avocant, abductus, et liber, et mihi relictus (*entfremdet Allem, was den Geist zerstreuen kann*) IX. 36.

abeo. 1. Longius abii IV. 22. tunc abiisse. (*Neronem*) V. 5. Gaditanum quendam, Titi Livii nomine gloriaque commotum, ad visendum eum ab ultimo terrarum orbe venisse, statimque, ut viderat, abiisse? II. 3. abit (*notarius*) rursusque revocatur IX. 36. semper se nepoti suo praecepisse, abiret et studeret VII. 24. — ne quis mihi non donatus abiret VIII. 2. *sic Virg. Aen.* V. 305. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. *cf.* 314. quanto quis melior et probior, tanto mihi obligatior abiit (*sic Medic., probb. Cort., Gierig. et Schaefero, vulgo* abit) VIII. 2. ingentique agmine abeuntes premit et impellit (*vulgus*) VI. 20. Nobis tamen ne tunc quidem . . . abeundi consilium, donec de avunculo nuncius. VI. 20. Summo die abeuntibus nobis . . . xenia sunt missa. VI. 31. — 2. = *nutare:* Nam crebris vastisque tremoribus (*terrae*) tecta nutabant, et quasi emota sedibus suis nunc huc, nunc illuc abire aut referri videbantur. VI. 16., *quae significatio Lexicis addi potest.* — 3. = *evanescere:* quae nunc omnia cum ipso (*Avito*) sine fructu posteritatis abierunt (*sic Prag. Medic, et Arnz., quod Cortius tutatur contra Gruterum loco Tulliano ep. ad fam.* IX. 20. Illa mea, quae solebas antea laudare . . . abierunt. *vulgo* aruerunt) V. 9. Nam timor abit, si recedas, manet amor. VIII. 24. — 4. = *mori:* Et ille quidem plenus annis abiit (*Prag.* obiit) II. 1. — 5. = *minui:* ut reditus agrorum, sic etiam pretium retro abiit (*gesunken*) III. 19. *cf. Freund. Lex. p.* 9.

aberro. = *abire, recedere. Transl:* A qua (*imitationis imitatione*), rogo, ut artificem, quem elegeris, ne in melius sinas aberrare IV. 28. *cf.* ab.

abhorreo. = *abstineri:* confitebor, et ipsum me, et contubernales ab editione (*epistolarum*) non abhorrere. I. 2. — = *alienum esse:* qui titulus (*unguentarii*) a vita hominis compti semper et pumicati non abhorrebat II. 11. Scio, te quoque a iudicio meo non abhorrere. V. 7. *cf.* ab.

abiicio. = *sternere:* abiiciunt (*servi Largium*) in fervens pavimentum III. 14. ibique super abiectum linteum recubans VI. 16. — = *se praecipitare:* Nam cum marito se ligavit abiecitque in lacum. VI. 24. — *transl.* = *profundere:* quam essent mimica et inepta, quae interdum in hoc coenum, in (*Prag. et Medic. omitt.*) has sordes abiicerentur. VII. 29. — — abiectus, *adi.* = *vilis:* Huic suppliciter, ut est, quum timet, abiectissimus (*inquit*) I. 5.

abluo. *transl.:* maculam veteris industriae laudabili otio abluerat III. 7.

abnego. ne depositum appellati (= *petiti, nom. plur.*) abnegarent X. 97. (*apud poëtas aureae aetatis et pedestres scriptores argenteae hoc verbum in usu est. cf. Quinctil. Inst. oratt. XI.* 2. §. 11. abnegatam ei pecuniae partem *apud Bonnell. Lex.*, abnegata ei pec. pars est *ed. Gesner.*)

aboleo. Hunc (*gymnicum agona*) Trebonius Rufus . . . in duumviratu suo (*omitt. Medic., Rom., Prag. aliique boni*) tollendum abolendumque curavit. IV. 22. Proinde, dum suppetit vita, enitamur, ut (*Prag.* uti) mors quam paucissima, quae abolére possit, inveniat. = *pervertere.* V. 5. Quin etiam illos ipsos libros, quamquam ex necessitate et metu temporum abolitos (= *sublatos, combustos*) senatus censuit, servavit (*Fannia*) (*sic Medic. et Prag., vulgo* senatus consulto, *cf. Buchner., Cort., Gesner. et Titz.*) VII. 19. Tum legatus

Polyaenus caussas abolitae accusationis exposuit = *omissae* VII. 6. (*verbum apud Ciceronem non invenitur, saepius apud Tacit., cf. Bonnell., Boettich., Forcell. et Freund.*)

abominor. ea maxime mihi, quae maxime abominor (= *perhorresco*), fingo. VI. 4. — si quis forte te, quod abominor, fallat. VI. 22. = *quod deus avortat; cuius formulae exempla habes apud Forcell. et Freund. et locupletissimum Brisson. de form. p.* 84. *ed. Bach., qui comparat Graecorum* ὃ μὴ γένοιτο, *Dion. Cass. LV.* (*cap.* 16. *ed. Reimar.*) δεινὸν δέ τι παθόντος (ὃ μὴ γένοιτο) συναπολουμένη, *quae forma loquendi Lexicis Graecis addi potest.* (*Verbum apud Cic. non exstat.*)

abortus. *subst.* Inde abortus VIII. 11. neptem tuam abortum fecisse VIII. 10. abortu periit *i. e. medicamentis abortivis facto.* IV. 11.

abrado. abrasum *multi Mss. et edd. tradunt II.* 12., *sed equidem praetulerim* adrasum *cum Gesnero, quicquid Heusingerus et Schaeferus contra moneant. Astipulatur cod. Prag. cf.* adrado.

abripio. Constat, pecora . . . procedere solere, nec prius intelligere mobile solum, quam litori abrepta. (litori *Medic. et Prag.; vulgo* litore, *prius probat Cort.*) VIII, 20.

abrumpo. *negotiorum vincula:* Nunquamne hos arctissimos laqueos, si solvere negatur, abrumpam? (*Sic Prag. et Rom. cf. Cort.*) II. 8. Abrumpe, si qua te retinent. (*lass liegen, reiss dich loss*) VI. 6. — ut quae (*mors*) semper inchoatum aliquid abrumpat V. 5. quod (*otium*) ego non abrumpi (*i. e. in perpetuum relinqui.* Ernest.), sed intermitti (*ad breve tempus interpellari*) volo. VII. 3. — *vitam:* (*Corellius*) multa illa vitae, sed minora, retinacula abrupit I. 12. — *orationem:* Huius actionem vespera inclusit: non tamen sic, ut abrumperet II. 11. repetiit (*orator*), quod abruperat II. 14. id enim ingressus (*sc. ad narrandum*), abruperam VI. 20.

abruptus. nam solum templi hinc flumine et abruptissimis ripis, hinc via cingitur. IX. 39. — abruptum. insessa castris montium abrupta VIII. 4. Nam plerumque altis et excelsis adiacent abrupta. *cf. Boettich. Lex. Tacit. p.* 8., *Arntzen. ad Plin. Paneg. p.* 187.

abscedo. quamquam abscesserat imago (*Prag.* quamvis abscesserit) VII. 27.

abscindo. abscido. Non enim amputata oratio et abscissa (*abgerissen*), sed lata, et magnifica, et excelsa tonat I. 20. *sed Medic. et Prag.* abscisa *habent, et haud scio an ulla in forma magis fluctuent Mss., cf. Cort. ad h. l., et quos Forcell. ed. German. excitat viros doctos, adde Bonnell. Lex. Quinctil.*

abscondo. Cinxerat (*nubes*) Capreas et absconderat. VI. 20.

absentia. Nunc vero me quum absentiae, tum infirmitatis tuae ratio . . . exterret. VI. 4. Scribis, te absentia mea non mediocriter affici VI. 7. Iusta caussa longioris absentiae, non perpetuae tamen. VII. 3.

absolvo. *transl. crimine liberare, freisprechen:* vel damnare alios vel absolvere. II. 12. absolutus est Fuscus. III. 9. §. 18. quibusdam absolutis III. 9. §. 22. accidit . . . ut . . . rea absolveretur. III. 9. §. 34. tandemque absolutus vindicatus-

que est. IV. 9. Itaque absolutus vindicatusque est. VI. 31. Absolvit nos Licinianus IV. 11. Absolutus est sententia designati consulis. V. 14. relegare et absolvere VIII. 14. propior aliquanto est sententiae relegantis, quae absolvit (*sic. Prag., qui sustentat Cort. Gierig. et Schaef., qui ex codd. dederant, alii* absolverit.) VIII. 14. praevaleat illa (*sententia*), quae absolvit VIII. 14. Puto, inquit, iniuriam factam P. Certo, si non absolvitur IX. 17. credo poteritis absolvere (*Certum*) IX. 13. absolvi (*libertos placuit*) VIII. 14. absolventes (*die freisprechenden*) VIII. 14. Oportet tamen eos, qui puniunt, et qui relegant, absolventibus primum, mox inter se comparari. VIII. 14. ea (*sententia*), quae absolvendos (*libertos*) censebat. VIII. 14. — *ad finem perducere:* ut opusculum, quod est in manibus, absolvam. IV. 13. et iam tres libros absolverat V. 5. placuit ... unum separatim hendecasyllaborum volumen absolvere. VII. 4. prima quaeque ut absolveris, mittito, immo etiam antequam absolvas VIII. 4. quod nos (*nimia cura operum*) a recentioribus revocat, simulque nec absolvit priora, et inchoare posteriora non patitur. IX. 35. — *absolvisse aliquid = perfectum esse in aliqua re, quae significatio Lexicis inseratur:* Callimachum me, vel Heroden, vel si quid his melius, tenere credebam: quorum tamen neuter utrumque (*epigrammata et iambos*) aut absolvit (*darin Meister war*) aut attigit (*sich damit beschäftigte*) IV. 3. omnia denique, tanquam singula, absolvit (*ubi cf. Buchner.*) IX. 22.

absolutus. = *perfectus:* mihi modestior constantia est, quam ut satis absolutum putem, quod a me probetur. V. 3. pulchram absolutamque faciem V. 10. Perfectum opus absolutumque est V. 11. Nullum est enim genus (*scribendi*), quod absolutum non possit eloquentissimum dici. VI. 21. hoc perfice, quod nobis, qui legimus olim, absolutum videtur. IX. 1. Incipio enim satis absolutum existimare, de quo tanta diversitate regionum discreta hominum iudicia consentiunt. IX. 11. Legi enim librum omnibus numeris absolutum IX. 38. Aliquot annis, puto, nihil generis eiusdem absolutius scriptum IV. 27. quae (*effigies*) hoc diuturnior erit, quo rarior, melior, absolutiorque fuerit III. 10. quae absolutiora mihi videbantur II. 5. Recitabatur liber absolutissimus VI. 17. Volo enim, proxima (*i. e. recentissima mea scripta*) quaeque absolutissima videri. VIII. 3. *quibus huius vocis Comparativis et Superll., excepto illo VI. 17., qui apud Forcell. exstat, Lexica dites.*

absolutio. *Freisprechung:* non absolutionem modo, verum etiam (*Prag. omitt.*) laudem merebatur. IV. 9.

absorbeo. quia devexa terra, quicquid liquoris accepit, nec absorbuit, effundit in Tiberim. V. 6. Contra fons egerit aquam et recipit, nam expulsa in altum (*Prag.* expulsa namque) in se cadit, iunctisque partibus (*sic Prag., quod Cort. ex Medic. iam receperat*) et absorbetur et tollitur V. 6. §. 37.

abstineo. *sich enthalten, sich fern h.:* abstinebat cibo (*Corellius*) I. 12. abstinui caussis agendis I. 23. Quam me iuvat, quod in caussis agendis non modo pactione, dono, munere, verum etiam xeniis semper abstinui V. 14. omni hac, etsi non adulatione, specie tamen adulationis, abstinui VI. 27. et hic non stilo modo, verum et lectionibus, difficulter, sed abstineo, solisque auribus studeo. VII. 21. (*qui*)

ita peccatis abstinet, tanquam nemini ignoscat. VIII. 22. Num autem Aeschines ipse iis, quae in Demosthene (*sic Cort., prob. Schaef., vulgo* ab D.) carpebat, abstinuit? IX. 26. quanquam ... amicis, foro et negotiis non abstinuissem. VIII. 21. an postulare debuerim, an abstinere (*i. e. schweigen, sed. Prag. et Medic. omitt.* an abst., *quae sane salva sententia abesse possunt*) VIII. 14.

abstinens. Homo est alieni abstinentissimus, sui diligens VI. 8. abstinentissimi (*uneigennützig*) fidelissimique custodis principalium opum VIII. 6. *ex SCto (quem Superl. Forcellino addas.)*

abstinentia. *Mässigkeit, Genügsamkeit:* Hunc (*pedum dolorem, Gicht*) abstinentia, sanctitate, quoad viridis aetas, vicit et fregit. I. 12. ab insito abstinentiae amore deflexit VII. 31. ut illi superbissimae abstinentiae Caesar ipse patronus advocaretur (*unverschämte Genügsamkeit*) VIII. 6. (*De vi* abstinens *et* abstinentia *vocabulorum cf. Heusing. ad Cic. Off. II.* 2. §. 1. *et* 8.*, Bremi ad Suet. Caes.* 54.*, p.* 65.)

absum. abesse mihi etiam a villa mea videor II. 17. neque enim diutius abesse me eadem haec, quae nondum exire patiuntur. III. 6. In caussa amor primum; deinde, quod non consuevimus abesse (*getrennt von einander zu seyn*) IV. 5. quia tunc abfuisti IV. 11. tunc enim casu incertum (*Prag. omitt.*), an conscientia abfuerat. II. 11. si, te morante Romae, ipse abfuissem. VI. 9. — *Transl.:* Absit superbia, asperitas (*fern sey*) VIII. 24.

absens. filio eius Cottio, quem amisit absens. II. 7. Sed quanquam absens, totus huc migrasti. VI. 28. absens ... cognovi VIII. 23. quod non rogarem absens, si mediocriter cuperem. X. 95. ut suscipiam absentis Corelliae caussam (*Medic.* causs. abs. C., *Prag.* causs. C. abs.) IV. 17. atque etiam absenti principi criminari (*sunt ausi*) VI. 13. te ... absentem III. 18. absentem inauditamque (*Vestalem*) damnavit incesti. IV. 11. Marcianus inductus est absente Prisco. II. 11. Loquutus est pro absente Herennius Senecio. IV. 11. difficile est, ut mihi de absente credas IV. 15. Haec acta sunt absente Certo, abfuit enim, vel tale aliquid suspicatus, seu — (*sed optimi* fuit, *quod cum Cortio et Titzio praeferendum ducimus*) IX. 13. quasi absente me IX. 15. seu quod desiderium absentium (*nach den Abwesenden*) nihil perinde ac vicinitas acuit. VI. 1. quos (*rivos*) et haurire ipsi, et absentibus amicis quasi ministrare epistolis possumus. III. 20.

absumo. *consumere:* Nicomediae vastissimum incendium multas privatorum domos, et duo publica opera, quanquam via interiacente, Gerusian et Iseon (*ex coniect. Catanaei, prob. Rittershus., Gesner. et Gierig.*) absumpsit. X. 42. — *de tempore, perdere:* Quot dies frigidis rebus absumpsi? I. 9.

abundantia. *copia, fertilitas:* in regione Transpadana summa abundantia, sed par vilitas nunciatur (*Prag. confirmat hanc script., quae summopere comparatione similium locorum commendatur, qua de re cf. Intpp.*) IV. 6. regionisque (*Campaniae*) abundantiam VI. 4.

abunde. *cf. Hand. Tursell. I. p.* 71. *sq.* 1. *abunde esse = satis superque esse:* Mihi abunde est, si satis expressi, quod efficitur. IV. 30. Sed utrumque tam magnum est, ut abunde sit, alterum efficere. V. 8. Interim abunde est, si epistolae non sunt molestae VII. 2. — 2. *cum aliis verbis:* Scholasticis porro dominus, ut hic est, sufficit abunde

tantum soli, ut relevare caput . . . possint. I. 24. Quamvis enim abunde sufficiat illi, quod — IV. 12. nam buxus, qua parte defenditur tectis, abunde viret II. 17. — 3. *cum adiectt. et particip.:* (*baptisteria*) abunde capacia II. 17. quem (*Gabium Bassum*) abunde conspexi instructum commilitio tuo X. 18.

abundo. Mare non sane pretiosis piscibus abundat. II. 17. — abundat (*Minucianus*) facultatibus (*ist reich, hat Vermögen*) VII. 22. — Socraticis tantum sermonibus abundet (*coena*) III. 12. — Scias, ipsum plurimis virtutibus abundare, qui alienas sic amat. I. 17. Nam quum omnibus virtutibus abundat (*Saturninus*), tum hac praecipue, quod — (abundat, *quod optimi, tuetur quoque* Prag., *alii* abundet, *quo de cf. Cort.*) *VII.* 8.

abutor. Accedunt querelae rusticorum, qui auribus meis post longum tempus suo iure abutuntur VII. 30., *quem ad locum Gesnerus annotat:* „Ipsum illud *suo iure* indicat, *abuti* hic non ad vitiosum et malum usum pertinere; sed nihil aliud sibi velle, quam *pro arbitrio et vehementer uti,“ sed licet ambigere, potest enim εἰρωνικῶς accipi, ut sit nostrum: sie nehmen meine Ohren nach so langer Zeit weidlich, ohne Erbarmen in Anspruch, ich muss ihnen tüchtig herhalten. Videmus,* Plinianos *rusticos a nostris non abhorruisse.*

ac. I. *Inservit nectendis singulis notionibus.* 1. *duabus similibus:* multum ac diu I. 8. V. 17. magis ac magis I. 12. (*ubi cf. Schaef.*) VII. 3. magis ac magis necessarium X. 28. retinet ac servat. I. 14. (*Prag.* et) recisa ac repurgata I. 20. (*sic boni libri et Prag., vulgo* purgata.) perturbat ac miscet I. 20. nobis tamen querendus ac desiderandus est. II. 1. (*sic. Prag., qui confirmat Gesneri coniecturam, maxime probabilem, relicui* quaerendus) discreta ac separata II. 6. moratur ac retinet II. 14. languidum ac desinentem II. 17. obvius et (*Prag.* ac) paratus humor occurrit, II. 17. levem et (*Prag.* ac) facilem III. 5. furta ac rapinas (*sic vulgo, sed codd. boni et Prag.* et) IV. 9. quae paullatim occidunt ac senescunt IV. 19. fulcit ac sustinet IV. 21. certis ac dimensis momentis IV. 30. aspernatur ac respuit V. 6. cunctationem ac tarditatem (*sic Prag., relicui* tardidatemque) V. 11. per ludum ac iocum V. 14. reiicit ac refugit V. 16. carpere ac labefactare (*sic optimi et Prag., alii* et) VI. 13. reddit ac refert VII. 19. operit ac subtrahit famae (*sic optimi, alii* et) VII. 25. Si fixum tibi istud ac deliberatum, sequar te (*Prag.* Si f., inquam, tibi i. et d.) VII. 33. Quot quantasque virtutes . . . collegit ac miscuit (*sic Prag., vulgo* et) VIII. 5. reductor ac reformator VIII. 12. seponit ac servat. VIII. 14. inter pugillares ac libellos IX. 6. statui mecum ac deliberavi IX. 13. fulturae ac substructiones X. 48. thure ac vino supplicarent. X. 97. — 2. *duabus similibus, quarum altera priorem accuratius definit vel aliquid gravius addit:* tum demum ac tum quoque lente cunctanterque veniant I. 13. cubiculo ac stilo III. 1. circumferres oculos ac diu pensitares. IV. 15. iterum ac tertio IV. 30. minor rivus ac pigrior (*sic. Prag., alii* est et, *Medic. omitt.*) IV. 30. idem in secundo ac tertio (*libro*) fecisse. V. 5. iterum ac tertio interrogavi IX. 97. pingues ac terreni colles (*sic Prag., vulgo* terrenique) V. 6. quae fenestris servit ac subiacet. V. 6. diebus ac noctibus (*Prag.* et) V. 8. His enim verbis, ac mille praeterea V. 21. Pomponiano ac ceteris, qui pervigilarant (*sic Prag., relicui* ceterisque) VI. 16. tum rerum etiam ac temporum conditione mutatur. VI. 27. dignitati ac verecundiae tuae VI. 29. lectisque conferre ac sedulo pensitare, quid tu, quid ille commodius. VII. 9. ut operibus

nostris similis tui scriptor ac praedicator contingat? (*sic Prag., relicui* praedicatorque) VII. 33. pande vela, ac, si quando alias, toto ingenio vehere VIII. 4. libenter ac merito VIII. 6. §. 10. *ex SCto.* impulit tecta (*Anio*), ac se super ruinas evexit (*Medic.* eiecit) VIII. 17. Delicatus ac similis ignoto est, qui VIII. 21. illo pulcherrimo ac longissimo excessu (*sed boni libri omitt.* ac longissimo, *quod sane non convenire videtur.*) IX. 26. — qui me secure ac prope negligenter exspectant I. 4. onerosum ac prope superbum est III. 18. impetum omnem caloremque ac prope nomen suum perdere (*actiones*) II. 19. plurima se in rempublicam contulisse, ac prope totas facultates erogasse X. 111. statim omnia ac paene pariter ad manum II. 3. iners ac paene etiam turpe est II. 3. Hominem te patientem, vel potius durum ac paene crudelem II. 10. vocem immortalem ac paene divinam III. 16. sub eodem procuratore, ac paene iisdem actoribus (*Prag.* plene, *ex quo Titzius* plane *restituit*) III. 19. necessitas computandi ac paene calculos tubulamque petendi (*ein Rechenexempel aufsetzen*) VI. 33. improbum enim ac paene furiosum VII. 30. hamumque e cubiculo, ac paene etiam de lectulo, ut e navicula, iacere. IX. 7. — non fulgurum lumen, ac ne diem quidem sentit. II. 17. isque sincerus ac ne leviter quidem . . . salsus II. 17. nondum mihi visus, ac ne auditus quidem X. 97. sed meae verecundiae sufficit unus aut alter, ac potius unus. (*al.* sed, aut *vel* ad) II. 13. Plausus tantum, ac potius sola cymbala . . . desunt. II. 14. nam specularibus, ac multo magis imminentibus tectis muniuntur II. 17. perfidum, ac plus etiam quam periurum II. 20. sed puteos, ac potius fontes habet II. 17. ut . . . celebri loco ponerem, ac potissimum in Jovis templo III. 6. (*operis*) modici, ac potius exigui VI. 10. Firmanis tuis, ac iam potius nostris VI. 18. Dein plura metra, si quid otii, ac maxime in itinere, tentavi (*sic Prag., relicui* ac *omitt.*) VII. 4. omnia pietate plenissima, ac tanto magis inexspectata. (*sic Prag. et Medic., nisi quod uterque vitiose* exspectata) VII. 18. uxor optima et patientissima, ac tanto melius de viro merita, quanto magis est reprehensa, quod nupsit. VIII. 18. ut ille superbissimus titulus,' modicus ac etiam demissus videretur. (*sic Prag., sed relicui* atque, *quod propter sequentem vocalem praetulerim*) VIII. 6. §. 2. qui (*aquaeductus*) imperfectus adhuc relictus, ac etiam destructus est X. 46. — 3. *Duas dissimiles aut contrarias notiones iungit:* simili nutu ac renutu I. 7. statis auctibus ac diminutionibus (*Medic. et Prag.* aut) IV. 30: servi ac liberi VIII. 24. vitae ac mortis consilium vel suscipere vel ponere (*sic Prag., alii* et) I. 22. suspensam dubiamque noctem spe ac metu exegimus VI. 20. §. 19. — 4. *Pluribus notionibus gravius quiddam addit:* dulce otium honestumque, ac paene omni negotio pulchrius! I. 9. Recipies ergo epistolas steriles et simpliciter ingratas, ac ne illam quidem sollertiam Diomedis in permutando munere imitantes. V. 2. Prooemiatur apte, narrat aperte, ac pugnat acriter; colligit fortiter, ornat excelse; postremo docet, delectat, afficit (*sic Prag., vulgo* ac *omitt.*) II. 3. *ἀφιλόκαλον,* illitteratum, iners ac paene etiam turpe est, *ibid.* §. 8. et iam tres libros absolverat, subtiles et diligentes ac Latinos (*sic Prag., vulgo* et), atque inter sermonem historiamque medios. V. 5. valvis xystum desinentem, et protenus pratum ac multum ruris videt fenestris. (*sic* Prag., *vulgo* multumque) V. 6. §. 19. quam sit mihi curae modestia, quies ac securitas eius VI. 8. (*sic Prag., relicui ἀσυνδέτως, id quod usus Latini sermonis poscere videtur. cf. Hand. l. l. p.* 470. *et gnaviter de hoc usu disputantem Madvigium „De locis aliquot Ciceronis orationum Verrinarum dissert. crit.“ p.* 333. *sqq. Opuscc. acadd.*) quae immo pigritia, arrogantia, siniste-

ritas ac potius amentia VI. 17, aeger et moestus, ac similis excluso, a vacuo limine recedo (*sic Medic. et Prag., vulgo* et) VII. 5. Vir alioqui rectus, integer, quietus, ac paene ultra modum . . . verecundus. VII. 31. Hunc hominem, appetentissimum tui (mihi crede) complectere, apprehende, immo et invita, ac sic ama, tanquam gratiam referas. VII. 31. viri gravissimi, eruditissimi, ac super ista verissimi. IX. 25. probum et industrium, et diligentem, ac sicut rei tuae amantissimum, ita disciplina tenacissimum expertus X. 17. — 5. *Comparationibus adhibetur cf. Hand. l. l. p.* 468. *sqq., Grysar. Theor. d. lat. St. p.* 479. *sqq.:* Me autem nihil aeque ac diuturnitatis amor et cupido sollicitat. V. 8. quam (*cicatricem*) nihil aeque ac necessitas ipsa, et dies longa, et satietas doloris inducit (*zuheilt*) VIII. 5. quia te quoque, ut me, nihil aeque ac naturae opera delectant. VIII. 20. — ut perinde nostris rebus ac nos tuis perfruaris. I. 4. et debere te et posse perinde meis ac tuis partibus fungi. V. 7. seu quod desiderium absentium nihil perinde ac vicinitas acuit. VI. 1. sed perinde illis (*tuis rebus*) ac meis parco. (*Prag.* ut) VI. 28. Debemus, me hercule, natales tuos perinde ac nostros celebrare VI. 30. quum omnia nostra perinde ac nos ames. IX. 20. sic consequemur, ut nec vicino flumini mistus (*lacus*), et sit perinde ac si misceatur. X. 69. *cf. Ruhnk. ad Rut. Lup. p.* 31. *et ad Ter. Heaut. I.* 1. 13., *Stuerenburg. ad Cic. off. p.* 133. *sq., Bonnell. Lex. Quinctil. p.* 703. *sq., Boettich. Lex. Tacit. p.* 351. *sqq.* — si quid in historiis meis legis aliter ac velis IX. 19. quam ut verear, ne aliter ac velim accipias. IX. 37. quod aliter fecisset ac debuisset X. 85. — cuius (*socrus*) arca non secus ac mea utor. III. 19. (*Catullus Messalinus*) a Domitiano non secus ac tela . . . in optimum quemque contorquebatur. (*D. bediente sich des C. wie eines Geschosses gegen alle Patrioten*) IV. 22. ad abstinentiam rursus, non secus ac modo ad balneum, animum vultumque composui. VII. 1. Nam miserorum non secus ac defunctorum obliviscuntur IX. 9. — II. *Sententias nectit:* 1. *simpliciter:* Plerique in stationibus sedent, tempusque audiendi fabulis conterunt, ac subinde sibi nuntiari iubent, an iam recitator intraverit, an — I. 13, Aliud alios movet, ac (*Rom.* at) plerumque parvae res maximas trahunt. I. 20. §. 12. Sunt enim (*caussae*) pleraeque parvae et exiles, ac raro incidit vel personarum claritate vel negotii magnitudine insignis. (*sic Prag., relicui omitt.* ac *et punctum ante* raro *ponunt*) II. 14. Est contra medias cavaedium hilare: mox triclinium satis pulchrum, quod in littus excurrit, ac si quando Africo mare impulsum est, fractis iam et novissimis fluctibus leviter alluitur. II. 17. §. 5. Quod non referrem, nisi ad illorum magis laudem, quam ad meam, pertineret: ac nisi sperare te vellem, posse fratris tui filios probe discere. II. 18. Nec multa: coëgit mulierem aperire tabulas, ac sibi tunicas, quas erat induta, legare II. 20. §. 11. Quin etiam, quum in illud subterraneum cubiculum demitteretur (*Vestalis virgo*), haesissetque descendenti stola, vertit se ac recollegit; IV. 11. §. 9. Erat autem antiquitus institutum, ut a maioribus natu non auribus modo, verum etiam oculis disceremus, quae facienda mox ipsi, ac per vices quasdam tradenda minoribus haberemus. VIII. 14. §. 4. — 2. *Priorem enunciationem definit, circumscribit vel gravius quid adiicit:* Hic ille mecum auctoritatibus agit, ac mihi ex Graecis orationes Lysiae ostentat, ex nostris Gracchorum Catonisque I. 20. §. 4. Ibi enim plurimum scribo: nec agrum (quem non habeo) sed ipsum me studiis excolo; ac iam possum tibi, ut aliis in locis horreum plenum, sic ibi scrinium ostendere. IV. 6. Quanquam minor vis bonis, quam malis inest, ac sicut ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει, ita recta

ingenia debilitat verecundia, perversa confirmat audacia. IV. 7. qui vero posteros cogitant, ac memoriam sui operibus extendunt, his nulla mors non repentina est, (*sic Prag., vulgo* et) V. 5. §. 4. alia super alia deiecta (*saxa*) ipso pondere manent, ac sensim quodam velut aggere construuntur. VI. 31. §. 16. Itaque nullum emendandi genus omitto; ac primum quae scripsi, mecum ipse pertracto, deinde duobus aut tribus lego; mox aliis trado annotanda, notasque eorum, si dubito, cum uno rursus aut altero pensito; novissime pluribus recito, ac, si quid mihi credis, tunc acerrime emendo. VII. 17. §. 7. rursus omnes (*insulae*) in eundem locum appulsae, qua steterunt, promovent terram, et modo hac, modo illac lacum reddunt auferuntque; ac tum demum, quum medium tenuere, non contrahunt. VIII. 20. §. 7. Idem lacus in flumen egeritur; quod ubi se paullisper oculis dedit, specu mergitur, alteque conditum meat: ac si quid, ante quam subduceretur, accepit, servat et profert. *ibid.* §. 9. Addidi, hunc ordinem me et in scribendo sequi, ut neccessitates voluptatibus, seria iucundis anteferrem, ac primum amicis, tum mihi scriberem. VIII. 21. Nam timor abit, si recedas; manet amor: ac sicut ille in odium, hic in reverentiam vertitur. Te vero etiam atque etiam (repetam enim) meminisse oportet officii tui titulum, ac tibi ipsum (*sic Medic. et Prag., vulgo* ipsi) interpretari, quale quantumque sit ordinare statum liberarum civitatum. VIII. 24. §. 6. 7. Medendi una ratio, si non nummo, sed partibus locem, ac deinde ex meis aliquos exactores operi, custodes fructibus ponam IX. 37. sed illa, quae dictavi, identidem retractantur, ac simul memoriae frequenti emendatione proficitur. IX. 40. Rogavit enim testamento, ut hereditatem suam adirem cernereinque: ac deinde, perceptis quinquaginta millibus nummum, relicuum omne Heracleotarum et Tianorum civitatibus redderem X. 79. — Novissime, ita suadentibus annis, ab urbe secessit, seque in Campania tenuit, ac ne adventu quidem novi principis inde commotus est. III. 7. §. 6. Appellantur quotidie et flagitantur (*scripta Tranquilli*): ac iam periculum est, ne cogantur ad exhibendum formulam accipere. V. 11. Amisit enim filiam, quae non minus mores eius, quam os vultumque referebat, ac totum patrem mira similitudine expresserat. (*sic Prag., vulgo* totumque *et* exscripserat) V. 16. §. 9. Erat non studiorum tantum, verum etiam studiosorum amantissimus; ac prope quotidie ad audiendos, quos tunc ego frequentabam, Quinctilianum et Niceten Sacerdotem ventitabat VI. 6. Nam vehicula, quae produci iusseramus, quanquam in planissimo campo, in contrarias partes agebantur, ac ne lapidibus quidem fulta, in eodem vestigio quiescebant. VI. 20. §. 8. Corrupto enim scribae servo interceperat commentarios intercideratque, ac per summum nefas utebatur adversus amicum crimine suo. VI. 22. Adiicis, posse eos nongentis millibus venire, ac tanto magis quaeris, an, quod gessit, ratum servem. VII. 11. At, hercule, alienissimi homines in honorem Quadratillae, (pudet me dixisse honorem) per adulationis officium in theatrum cursitabant, exsultabant, plaudebant, mirabantur: ac deinde singulos gestus dominae cum canticis reddebant; VII. 24. invidet nemini, neminem miratur, neminem despicit, ac ne sermonibus quidem malignis aut attendit, aut alitur VII. 26. tum crebrescere fragor, adventare etiam, ac iam ut in limine, iam ut intra limen audiri (*sed meliores libri adventare, et iam*) VII. 27. §. 8. Quippe omnibus membris extortus et fractus tantas opes solis oculis obibat, ac ne in lectulo quidem, nisi ab aliis, movebatur. VIII. 18. §. 9. non ut plerique, qui tantum viventes amant, seu potius amare se simulant, ac ne simulant quidem, nisi quos florentes vident. IX. 9. Inter moras consul citatis nominibus et peracta discessione,

mittit senatum: ac paene adhuc stantem tentantemque dicere Veientonem relinquit. IX. 13. §. 20. Debet enim orator erigi, attolli, interdum etiam effervescere, efferri, ac saepe accedere ad praeceps. IX. 26. deinde paullatim partim spoliata, partim neglecta, cum peristylio domus tota collapsa est: ac iam paene nihil ex ea, nisi solum superest X. 75. — 3. *Caussae nexum indicat; cf. Hand. l. l. p.* 478. *sqq.:* quumque ei (*virgini Vestali*) manum carnifex daret, aversata est, et resiluit, foedumque contactum, quasi planta casto puroque corpore novissima sanctitate reiecit, omnibus numeris pudoris pollens: ac sic vivens defossa est. (*sic totus locus se habet in Prag., ultima vulgo:* omnibusque numeris pudoris, *πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν, quod Talthybii Euripidii dictum sine dubio sciolus quidam ascripsit*) IV. 11. §. 9. Hi vero, qui benefacta sua verbis adornant, non ideo praedicare, quia fecerint, sed ut praedicarent, fecisse creduntur: ac sic, quod magnificum, referente alio, fuisset, ipso qui gesserat recensente, vanescit. (*sic Prag., relicui* ac *omitt., puncto ante* sic *posito.*) I. 8. §. 15. Quaesturam, tribunatum, praeturam honestissime percucurrit, ac iam pro se tibi necessitatem ambiendi remisit (*und desshalb*). I. 14. §. 7. laudare vero optimum principem, ac per hoc posteris, velut e specula lumen, quod sequantur, ostendere, idem utilitatis habet, arrogantiae nihil. III. 18. §. 4. Quo magis cupis ex nobis pronepotes videre, hoc tristior audies, neptem tuam abortum fecisse, dum se praegnantem esse puellariter nescit, ac per hoc quaedam, custodienda praegnantibus, omittit, facit omittenda. VIII. 10. Dispice ergo, Domine, numquid minuendam usuram, ac per hoc idoneos debitores invitandos putes; X. 62. Bibliopolas Lugduni esse non putabam: ac tanto libentius ex litteris tuis cognovi, venditari meos libellos, IX. 11. — 4. *Vim adversativam includit:* Venit Athenas philosophus Athenodorus, legit titulum: auditoque pretio, quia suspecta vilitas, percunctatus, omnia docetur, ac nihilominus, immo tanto magis conducit (*domum*). VII. 27. §. 7. — 5. *Initio sententiae* est *nostrum „Und, und zwar, und grade, ja, ja sogar“:* Ac, ne longius exempla repetamus, quid utilius fuit, quam munificentiae rationem etiam stilo prosequi? I. 8. §. 8. Ac sicut veremur, ne quibusdam pars aliqua secundum suam cuiusque naturam non probetur: ita videmur posse confidere, ut universitatem omnibus varietas ipsa commendet. II. 5. §. 7. Ac sicut olim theatra male musicos canere docuerunt, ita nunc in spem adducor, posse fieri, ut eadem theatra bene canere musicos doceant. III. 18. §. 9. Ac tum illi, qui se Collegae annumerari patiebantur, in diversum transierunt: Collega cum paucis relictus. (*sic Prag., relicui* ac *omitt.*) II. 11. §. 22. Ac mihi nisi praemium aeternitatis ante oculos, pingue illud altumque otium placeat. IX. 3. Quin immo, quoties cubiculum eius intraret, vivere filium, atque etiam commodiorem esse simulabat. Ac (*ja sogar*) persaepe interroganti, quid ageret puer, respondebat, Bene quievit, libenter cibum sumpsit. III. 16. §. 4. Ac (*Rom.* At) mihi quidem confido in hoc genere materiae laetioris stili constare rationem, quum — III. 18. §. 10. Ac primis quidem diebus redditae libertatis pro se quisque inimicos suos, duntaxat minores, incondito turbidoque clamore postulaverant simul et oppresserant. IX. 13. §. 4. Ac tanto magis relicuos (*libros*) perficere cupiebat, quanto frequentius hi lectitabantur. V. 5. §. 3. Ac mihi domus ipsa nutare, convulsaque sedibus suis ruitura supra videtur, licet adhuc posteros habeat. (*Ja mir scheint*) VII. 19. Ac primum conspicuus forma, omnes sermones malignorum et puer et iuvenis evasit, (*Und zwar*) VII. 24. Ac ne illa quidem loca (*Medic. omitt.*) malo vacaverunt, ad

quae non ascendit amnis. VIII. 17. Ac per hos dies libentissime otium meum in litteris colloco, quos alii otiosissimis occupationibus perdunt. (*Und grade*) IX. 6.

Ac *ante vocalem vel h litteram uno tantum loco sine scripturae discrepantia proditur:* ac etiam X. 46., *sed meliores codd. nos fortasse meliora docerent, quanquam his in minutiis etiam praestantissimus quisque interdum deteriora sequitur, ut* VIII. 6., *ubi omnes* atque etiam *praebent, excepto Prag., qui* ac *habet. Idem vero ille Pragensis alteri loco succurrit* V. 6. §. 19. *pro* ac adiacentis *suppeditans* hoc adi., *quo egregie Cortii sustentatur coniectura* hac, *quam Titzius ascivit. Cf. Viros doctos, qui de industria in hanc rem inquirere studuerunt, apud Hand. l. l. p.* 454. *sqq. et Forcellin. ed. German. s. v.* ac, *adde Bonnell. Lex. Quinctil. et Böttich. Lex. Tacit.*

Schulnachrichten

von Ostern 1836 bis dahin 1837.

Vorwort.

Ehe der Verf. dieser Blätter zur Darstellung der Ereignisse des zu Ende eilenden Schuljahres übergeht, sei es ihm vergönnt, einige allgemeine Bemerkungen über die Schwierigkeiten, in welchen sich heut zu Tage die Gelehrtenschulen den Anforderungen des Mehrtheiles des Publicums gegenüber befinden, und über die besondere Lage unsers Gymnasiums während des verflossenen Jahres vorauszuschicken. Es liegt in der Natur der Sache, daß Jedermann über öffentliche Schulanstalten ein Urtheil zu haben glaubt; daher die Beschuldigungen und Anklagen, die gegen dieselben nicht selten mit eben so vieler Dreistigkeit als Unwahrheit ausgesprochen werden. Die hauptsächlich nur auf möglichst schnellen Erwerb eines nährenden und sichern Wohlstandes, durch welchen man sich Mittel zu jeder Art von Genuß verschaffen könne, gewandte Richtung unserer Zeit, die Erhebung der unmittelbares Vergnügen gewährenden Künste über tiefe Wissenschaft und gründliche Gelehrsamkeit, endlich die Klagen über Zudrang zu den Studien ließen es schon an sich erwarten, daß Beschwerden über die Einrichtung unserer Gymnasien, woran es nie gefehlt hat, lauter und vernehmlicher hervortreten würden. Dazu kam noch die Besorgniß, daß durch die Anforderungen der Schule die Gesundheit der ihr anvertrauten Knaben und Jünglinge zerstört, und ihnen für ihr künftiges Leben und Beruf alle Spannkraft, aller Frohsinn, ja alle Brauchbarkeit geraubt werde. Diesen trüben Vorstellungen lieh Hr. Regierungs- und Medicinalrath Dr. Lorinser zu Oppeln in einem zuerst in der medicinischen Zeitung, dann unter dem Titel: „Zum Schutz der Gesundheit in den Schulen“ besonders abgedruckten Aufsatze Worte, und er fand, wie zu erwarten war, bei Laien und hin und wieder auch bei Männern vom Fach ziemlichen Anklang. Die erleuchtete Behörde, welche in unserm Staate, der in dieser Beziehung selbst im Auslande oft als Muster anerkannt ward, das Unterrichtswesen leitet, verlangte von den Provinzialschulcollegien und diese wieder von den ihnen untergeordneten Gymnasien und ihren Lehrervereinen ausführliche Gutachten und Nachweisungen über die in der Lorinserschen Schrift ausgesprochenen harten Beschuldigungen, und auch wir haben zu seiner Zeit unsere Ansichten und Erfahrungen in dieser Beziehung dem Königl. Provinzialschulcollegio zu Magdeburg nach bestem Wissen und Gewissen mitgetheilt. Allein dieß genügte nicht, eine Menge von Federn

PART 2

AD

GYMNASII VITEBERGENSIS

E X A M E N

PER DIES XX XXI MENSIS MARTII A. MDCCCXXXIX

PUBLICE INSTITUENDUM

AD

AUDIENDASQUE DISCIPULORUM QUI SCHOLAE VALEDICUNT

ORATIONES

LITTERARUM INGENUARUM EXISTIMATORES AC FAUTORES

EA QUA DECET OBSERVANTIA

INVITAT

GUIL. FERD. WENSCH

HALANUS.

INSUNT: 1. Lexici Pliniani specimen, pars II. auct. Wenschio, Conr.
2. Annales Scholae, auct. Franc. Spitznero, Rect. et Prof.

VITEBERGAE A. 1839.

TYPIS CAR. HENR. RUEBENERI.

Lexici Pliniani

Specimen alterum.

Primum, quod ante biennium edidi, *Lexici Pliniani* specimen tam benigne et ab amicis privatim acceptum est, et publice a tribus, qui ei contigerunt, Censoribus, in Iahnii Annall. litt., in Gersdorffii Repertorio et in Actis Provincialibus Saxonicis, ut iam confidentius paullo alteram, quam additurus fueram, partem in lucem emittam, in qua si Traiani epistolas Pliniique Panegyricum, quas in priore parte neglexeram, respectas deprehendes, amici cuiusdam id factum esse auctoritate scito, quae multum apud me valeat. Ceterum data potestate errorem profitebor, qui istic mihi elapsus est, locum ex Epist. VI. 16., s. v. *abeo*, alteri paragrapho adscribenti, quem primae subiungere debebam.

Acanthus. Acanthus in plano mollis, et paene dixerim liquidus V. 6. §. 16. (*cf. Veenhus. et Gesner.*). acanthus hinc inde lubricus et flexuosus *ibid.* §. 36.

accedo. 1. *proprie.* a. *absolute:* quo propius accederet VI. 16. accedunt (*homines ad delphinum*) IX. 33. Haeret lateri tuo, quisquis accessit *Pan.* 24. — b. *cum accus.:* accedenti Carthaginem VII. 27. — c. *praepos.* ad: accedis ad consulis sellam *Pan.* 64. — 2. *Translate cum dat.* a. Nam plerisque (*rebus*) longiore tractu (*al. et Prag.* tractatu) vis quaedam et pondus accedit I. 20. quod ipsum salubritati regionis . . . accedit V. 6. §. 45. quid, si huic oneri novum accesserit? V. 8. Scis tu, accessisse pretium agris, praecipue suburbanis? VI. 19. (*dass die A. im Preise gestiegen sind? cf. Cort.*) Neque enim sum tam sapiens, ut nihil mea intersit, an iis, quae honeste fecisse me credo, testificatio quaedam et quasi praemium accedat V. 1. ut . . . villulae nostrae maxima commendatio ex tuo contubernio accedat II. 17. quibus singulis (*rebus*) multum commendationis accessurum etiam ex meis precibus, indulgentiae tuae credo X. 3. Num ergo tibi ex immortalitate patris aliquid arrogantiae accessit? *Pan.* 11. quin etiam plerisque ex eo reverentia accesserat, quod tu quoque illos reverebare *Pan.* 19. hic enim supremus eius felicitati cumulus (*Rom.* calculus) accessit, laudator eloquentissimus II. 1. (*cf. Cort. ad h. l. et locc. ap. Forcell., quibus edoceri se pattantur, qui istam loquendi rationem in suspicionem vocare conati sunt*). — b. Accedebat his caussis, quod I. 8. His accedit, quod II. 19. (*Prag.* Accedit his). Accedit his, quod, si IV. 12. Accedet ergo hoc quoque laudibus principis nostri, quod III. 18. Accedit lacrimis meis, quod VIII. 23. — Accedit his studium litterarum IV. 19. — c. *absolute:* Accessit vinculum necessitudinis publicae V. 15. Accedunt querelae rusticorum VII. 30. — Accedit, quod tibi certamen est tecum VIII. 24. Accedit longa iam caritas hominis V. 19. (huc *omitt. optimi codd.*). — d. *cum adverbio:* Ero enim vel cautior in continendo, vel constantior in edendo, si huc vel illuc auctoritas tua accesserit V. 13. Accedit huc dignitas hominis IV. 17. — e. *cum praep.* ad: quoque propius accesseris ad spem fruendi, hoc impatientius careas VI. 1. ut ad summum honorem gloria celeritatis accederet *Pan.* 91. — 3. = *assentiri. c. dat.:* si mihi accederes I. 20. si denique precibus meis tu potissimum adiutor accesseris IV. 15. Confido, accessurum te sententiae meae IV. 10. omissa sententia sua, accessit releganti (*sententiae*) VIII. 14. cui sententiae accesseris X. 49. *Trai.* — 4. Debet enim orator erigi, attolli, interdum etiam effervescere, efferri, ac saepe accedere ad praeceps IX. 26. (*an's Kühne streifen, quae singularis esse videtur locutio*).

accelero. occasum reipublicae accelerat (*malus princeps*) *Pan.* 26.

accendo. 1. *proprie:* angulus, qui purissimum solem continet et accendit II. 17. §. 7. (i. e. radios solis undique repercussos efficit efficaciores. *cf. Gesner.*). — 2. *Translate:* quae soleant commendare simul et accendere iudicum consessus II. 19. quamvis intentionem eorum nulla hinc et inde collatio, nullum quasi certamen accenderet IV. 5. Est enim ita natura comparatum, ut nihil aeque amorem incitet et accendat, quam carendi metus V. 19. quasi stimularent et accenderent (*oratores*) VI. 5. Tunc enim illum imitationis ardor, semperque melior aliquis accenderet *Pan.* 13. — cuius (*libertatis*) dulcedine accensi VIII. 14. §. 3. — *seq. praepos.* ad: sed quod (*spectaculum*) ad pulchra vulnera contemptumque mortis accenderet *Pan.* 33. Accensa est iuventus, erexitque animos ad aemulandum *Pan.* 70. sed eo magis ad desiderium tui accendor VI. 7. — *seq.* ut: Sed hoc ipso . . . incitor et accendor, ut cupiam X. 50.

accerso. = *accio.* tamen accersamus Scaurum VI. 25. (*sic Medic., Helmst. et Prag., qui* accersiamus *habet, antiqua forma, quae passim in Mss. obtinet, qua de re sufficit inspexisse Oudendorpiana ad Caes. B. G. I.* 31. 4., *quibus facili negotio exploduntur quos Drakenb. ad Liv. III.* 45. *et van Staveren. ad Nep. Dion.* 2. *in sua ipsius viscera* (*Attic.* 21.) *saeviens, scrupulos iniecerunt. De orthographia huius verbi, nam alii libri praebent* arcessamus, *notissima scripturae discrepantia, cf. Cort. ad h. l. mitius de hac forma iudicantem, quam ad Lucan. I.* 166. *al.; quid quod Munckero ad Hygin. p.* 142. „acceṛso *pro* arcesso *videtur inveteratus error.“ Sed cf. prudenter disputantem Kritzium ad Sall. Cat.* 40. 6., *qui ubique* accersere *formam Sallustio vindicat* acciundi *significatione; quidni* accusandi *quoque? cf. Doederl. et alios ap. Forcell.*

accĭdo. 1. = *evenire a. cum nominat. subiecti:* ominosa res accidit III. 14. accidit enim res contraria et nova, ut III. 9. §. 34. eodem tempore tanta diversitas accidit casu, non quod casus videretur VI. 33. Domitianus, sub quo haec acciderunt VII. 27. Accidit aliud ante paucolos dies simile IX. 23. ne rursus eveniat, quod accidit X. 46. Doleas enim, quantum scias accidisse; timeas, quantum possit accidere VIII. 17. — *seq. praepos.* in: Quod in ampullis ceterisque generis eiusdem videmus accidere IV. 30. — ut accidere multis in locis video IV. 13. — b. *cum dat. personae:* verebantur, quod videbant multis accidisse, ne V. 1. Nam cui non est verendum, quod videmus accidisse Verginio? VI. 10. quod audio accidisse Curtio Rufo VII. 27. — quibuscunque censendi necessitas accidisset *Pan.* 54. — *per euphemismum pro morte:* timentemque pro capite amicissimo, quicquid accidere homini potest III. 17. Fannius, quod accidit (*i. e. mortem suam*) multo ante praesensit V. 5. Suspicor enim tale nescio quid Robusto accidisse, quale . . . Crispo VI. 25. — 3. *absolute, seq.* ut: a. Accidit quidem, ut corpora . . . decrescant *Pan.* 61. — b. nec refert, quemadmodum acciderit, ut . . . coenarem II. 6. Unde accidit, ut hi . . . debilitentur II. 19. Forte accidit, ut . . . in advocationem . . . rogarer VIII. 21 — c. *seq.* quod: Accidit fortuitum (sed non tanquam fortuitum), quod . . . Certus . . . decessit IX. 13. — 2. *cum ablat. originis:* Accidit hoc primum imbecillate ingenii mei, deinde inopia IV. 18. Accidit hoc una eademque de caussa IX. 8. — 4. = *attingere, cum dat.:* ex utra parte maior auribus nostris accidat clamor. *Pan.* 92.

accingo. accinctus; *transl.* = *paratus:* a. comitatus accinctus et parens *Pan.* 20. — b. *cum praep.* in: tamque in omnia pariter intenta bonitas et accincta, ut *Pan.* 30.

accio. Imploratus adoptione et accitus es *Pan.* 6. (*cf. Tac. Hist. II.* 1. *ap. Forcell.:* accitum (*esse*) in adoptionem).

accipio. I. *De personis* 1. *accipientium voluntate non indicata.* A. *proprie.* Paene praeterii . . . accepisse me caryotas optimas I. 7. Accepi pulcherrimos turdos V. 2. ut, dum priora accipit, posteriora mereatur II. 13. quod (*salarium*) acceperat scribae daturus IV. 12. Accipies cum hac epistola hendecasyllabos nostros IV. 14. Accepi litteras tuas V. 2. (*sed optimi libri Med., Prag., Rom. et alii exhibent* recepi, *quod igitur praeferendum videtur*). quam (*orationem*) cum hac epistola accipies IX. 4. Epistolam tuam iucundissimam accepi (*sic Med., quem sequitur Cort., relicui* recepi. *cf. Cort.*) IX. 11. Accepi tuas litteras (*sic nonnulli libri, optimi* Recepi, *quod Cortio iam probatur. cf. ad IX.* 11.) IX. 17. an acceperim (*litteras*) quaeris: non accepi eas, accipere gestio IX. 28. Accepi librum, quem misisti (*sed optimi* Librum, quem misisti, recepi, *quod Cort. iam recepit*) IX. 35. quem (*librum*) tibi, qualem acceperam, misi X. 56. liber, quem forte acceperat grandiorem II. 1. nec postea aut epistolas eius, aut aliquem de exitu nuncium accepi VI. 25. librum, quem cum hac epistola accipies VIII. 19. quod (*munusculum*) esse quam fructuosissimum non illius magis interest, quae accepit, quam mea, qui dedi VI. 3. Accepit amoenissimas villas, accepit magnam pecuniam uxor optima VIII. 18. quidam . . . publicorum servorum officio ministerioque funguntur, atque etiam, ut publici servi, annua accipiunt X. 40. id, quod pro multis et olim accepisset X. 111. — ut statuas principum, quas . . . traditas mihi, quales acceperam, custodiebam, permitteret in municipium transferre X. 24. — nec socium hereditatis accipiat *Pan.* 38. Dedi malum (*virum*) et accepi III. 9. §. 3. — Accipimus obsides ergo, non emimus *Pan.* 12. quum donativi partem milites accepissent . . . populus . . . totum . . . accepit *Pan.* 25. quodque gratissimum est accipientibus *Pan.* 27. id . . . populus accepit *Pan.* 28. transfers, quod indicio (*principis*) accepisti *Pan.* 50. Accepisse te beneficium credes, quum propius inspexeris hominem VII. 22. non tam accepisse te beneficium, quam dedisse *Pan.* 6. — B. *translate.* a. *de magistratibus et honoribus:* et qui accepissent (*magistratum*) *Trai.* X. 84. Gratularis mihi, quod acceperim auguratum IV. 8. Nam collega Cesti consulatum, successorem Cestus accepit IX. 13. ut eundem honorem omnes sibi et dedisse et accepisse videantur *Pan.* 62. Alii consulatum ante quam acciperent, tu et dum accipis, meruisti *Pan.* 64. contigit intueri parem accipientibus, honorem qui dabat *Pan.* 71. Facturus consules doceat, accepturisque amplissimum honorem persuadeat, scire se, quid sit, quod daturus sit: sic fit, ut illi quoque sciant, quid acceperint *Pan.* 77. gratioresque accipientibus honores arbitrabantur *Pan.* 91. nos duos consulatus accipimus simul *Pan.* 91. — b. legesque ut acciperent, dabant *Pan.* 11. quum leges amandi non det, sed accipiat? *Pan.* 87. — c. Cornutum Tertullum accepisse Aemiliae viae curam V. 15. — d. *de vulnere proprie et transl.:* ac si quod (*telum*) durius accipienti videretur, ipse vibrares *Pan.* 13. — Grave vulnus Macrinus noster accepit. Amisit uxorem (*Prag.* amissa uxore) VIII. 5.

Non possum exprimere verbis, quantum animo vulnus acceperim V. 16. — e. *solatium:* illud solatium doloris accepit, quod filio . . . habitus est honor statuae II. 7. — f. *iniuriam:* Ut scias, non posse Attilium, me incolumi , iniuriam accipere (*kein Leid befahren*) VI. 29. — g. *sensu forensi α. de iudicibus et defensoribus, qui alicui conceduntur:* advocatum expostularant et acceperant V. 20. iudicibus acceptis in senatu remansit VI. 29. — *β. de tempore, quod ad dicendum datur:* Nam duodecim clepsydris, quas spatiosissimas acceperam, sunt additae quattuor II. 11. Nam quum accusator ex lege sex horas, novem reus accepisset IV. 9. — *γ. Urlaub:* accepto, ut praefectus aerarii, commeatu III. 4. — *C. cum praepos.* a: Accipiam a socru (*pecuniam*) III. 19. dabantque operam (*parentes*), ne a me pecuniam non nisi dignus accipiat, si accepturus et ab ipsis erit (*praeceptor*) IV. 13. Debent autem sapientes viri, ut tu, tales quasi a republica liberos accipere, quales a natura solemus optare IV. 15. si . . . quartam partem ab heredibus eius accipias V. 1. qui nunc exiguissima legata . . . accipient ab herede VII. 24. quid si coheredem non a filio accipiat *Pan.* 38. quum . . . acciperem a medico potionem VII. 1. Reddat praemium sub optimo principe, quod a pessimo accepit IX. 13. exigis, ut accipi iubeam a te pretium agrorum VII. 14. a qua (*accusatrice*) et ipsa acceptum libellum his epistolis iunxi X. 67. acceptumque ab his (*Nicensibus*) libellum huic epistolae iunxi X. 87. — 2. *Cum voluntate accipientis* (*non raro igitur i. q. corrumpi*)*:* A. a. uxorem, quam virginem accepit I. 16. erat uxor, quam ante annum virginem acceperat VIII. 23. — b. quas omnes (*copias*) improbe quidem, accepi tamen VI. 28. accipe orationem meam (*quam Pl. Romano misit*) VI. 33. Invitos ad accipiendum (*sc. pecunias publicas, quae provincialibus foenori darentur.*) *Trai.* X. 63. eadem legata, et quidem pariter, accipimus VII. 20. Hic hereditates, hic legata, quasi mereatur, accipit II. 20. sed lex munera quoque accipi vetat IV. 9. sola se munuscula . . . accepisse *ibid.* . qui contra legem munera acceperat *ibid.* . Gallinam, ut a te missam, libenter accepi VII. 21. Solus ergo ad hoc aevi pro munere tanto paria accipiendo fecisti *Pan.* 6. — Poposcit tabellam (*sic coni. Schaefer., quod confirmat Prag.; Med.* tabulam, *vulgo* tabulas), stilum accepit (*nahm, ergriff*) IV. 25. Egrediebatur domo (*Plinius maior*), accipit (*alii* accepit) codicillos (*nahm die Schreibtafel hervor, in quibus observationes suas de Vesuvii eruptione aliisque phaenomenis notaturus erat*). VI. 16. — b = *corrumpi:* quum ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam, pecunias accepisset II. 11. septingenta millia, quae acceperat Marius *ibid.* §. 19. (*Verba:* quae acceperat Marius *iterantur vulgo* §. 20.*, ubi tamen ab optimis libris melius omittuntur.*). ipse praeterea accepisse sestertium decem millia II. 11. Vicentinis, quod acceperat, redderet V. 14. quod solum potuit . . . arrogantius facere, quam si accepisset (*pecuniam*) VIII. 6. — B. *Cum praepos.* a: Hoc illum onerabat, quod homo simplex et incautus quaedam a provincialibus, ut amicus, acceperat IV. 9. — *Cum praepos.* ex: *α.* An . . . successorem e sinu uxoris accipias? *Pan.* 7. — *β.* Sua manu reliquerat scriptum, quid ex quaque re, quid ex quaque caussa accepisset (*sc. ut corrumperetur.*) III. 9. § 13. — II. *De rebus.* a. *proprie:* A. quantum aquarum et unde accipiat (*lacus*) *Trai.* X. 51. quia devexa terra, quicquid liquoris accepit, nec absorbuit, effundit in Tiberim V. 6. quae

(*Tiberis*) solet flumina accipere VIII. 17. ac si quid, ante quam subduceretur (*lacus*), acceperit, servat et profert VIII. 20. — plerisque (*cubiculis*) tam mundis, ut accipere hospites possint II. 17. patentibus fenestris favonios accipit transmittitque (*cryptoporticus*) II. 17. — Accipiet ergo aliquando Capitolium non mimicos currus *Pan.* 16. — Nos sub oculis tuis augustior solito currus accipit *Pan.* 92. — Ergo non alia nos pagina, quam quae te consulem accipiat, et nostra quoque nomina addentur fastis *Pan.* 92. — B. *Cum praepos.* a: Accipit (*villa*) ab hoc (*Apennino*) auras V, 6. — cubiculum tantum stibadio reddit ornatus, quantum accipit ab illo V. 6. §. 37. — b. *translate:* quae (*Graecia*) leges non victa acceperit, sed petentibus dederit (*sed Med. et Prag.:* quae leges non victis, sed petentibus d., *probantibus Cort., Gierig. et Schaef.*) VIII. 24. quod (*civitas*) . . . pro summo munere accipiet X. 75. — ac iam verendum est, ne (*scripta tua*) cogantur ad exhibendum formulam accipere (*i. e. ne iure cogantur, in publicum prodire. cf. Catan., Barth. et Gesner.*) V. 11. — ne gratia singulorum collata atque permista, pro singulis quoque vires omnium acciperet (*qui locus altioris est indaginis, nam Rom. habet* reciperet, *et Prag.* viris omnium inciperet, *quod Titzius probat; utinam explicasset!*) III. 9. §. 13. — si modo (*actio*) iustum et debitum tempus accipiat (*alii* accipiet *aut* acceperit) I. 20. — an inania et vana (*phantasmata*) ex metu nostro imaginem accipere VII. 27. — Verendum est, ne (*cunctatio*) inertiae et desidiae, vel etiam timiditatis nomen accipiat I. 10. quando secessus mei non desidiae nomen, sed tranquillitatis accipient? IV. 23. Inde plerumque eadem facta modo diligentiae, modo vanitatis, modo libertatis, modo furoris nomen accipiunt V. 21. — III. *sensibus percipere:* a. laudesque nostras avidissimis auribus accipit (*sic Prag., relicui* excipit; *utrumque Latinum*) IV. 19. Assem para et accipe auream fabulam II. 20. Sed prius accipe caussas rogandi IV. 13. Accipe nunc, quid . . . indicem IV. 20. Atque adeo, ut omnem pro me metum ponas, accipe temperiem coeli V. 6. Mane dum, et maiora accipe VIII. 6. — b. Accipe ergo, quod per hos dies actum est II. 11. Cur amplissimo (*legato*) gratius, accipe (*sic Prag., relicui omitt.* accipe) V. 1. Sed et illud, quod vel Pollionis, vel tanquam Pollionis accepi, verissimum experior VI. 29. Ego vero servo, quibus ex caussis, accipe VII. 11. — quod exponam, ut accepi VII. 27. — Igitur, ut necesse est, graviter accipias, senectutem tuam quasi paratis posteris destitutam (*esse*) VIII. 10. (*cf. Cortium, contra Buchnerum disputantem, qui interpunctione sublata verba* graviter accipias *cum nomine* senectutem *coniunxerat.*) — b. = *discere:* Accepi enim, non minus interdum oratorium esse, tacere, quam dicere VII. 6. Adde, quod difficile est tenere, quae acceperis, nisi exerceas VIII. 14. — quas (*artes*) plurimum refert, a quo potissimum accipiat III. 3. — c. = *intelligere, interpretari:* Atque haec sic accipi volo II. 5. ne aliter ac velim accipias, nisi te Kalendis statim consulem videro (*i. e. tibi consulatum gratulatus fuero*) IX. 37. — vereor, quam in partem iurisconsulti, quod sum dicturus, accipiant V. 7. — Nec aliter a cunctis omen acceptum est *Pan.* 5. (*cf. Brisson. de formm., lib. I. cap. CLII.*). — nam si ea facilitate proxima acceperis, qua priora, laus potius speranda, quam IX. 29. — cuius (*vitae*) pro Genitore me sponsorem accipe III. 3. — IV. *De computationibus:* quicquid mihi pater tuus debuit, acceptum tibi fieri iubebo (*sic boni codd. ap. Cort., et Prag., alii* ferri. *cf. Cort.*) II. 4.

Vellem Africanae (*ferae*), quas coëmeras plurimas, ad praefinitum diem occurrissent: sed licet cessaverint illae, tempestate detentae, tu tamen meruisti, ut acceptum tibi fieret, quod quo minus exhiberes, non per te stetit VI. 34. (*cf. Cort.*).

acceptus. = *gratus:* neque acceptius genus gratiarum *Pan.* 3.

acclamatio. quum in dicendo assentationem vulgi acclamationemque defugerim I. 8. quod illas acclamationes aemuletur, quae fingendi non habent tempus (*kein erzwungener Beifall*) *Pan.* 3. Quod factum tuum a cuncto senatu quam vera acclamatione (*herzlich*) celebratum est. *Pan.* 71. Discant et principes, acclamationes veras falsasque discernere *Pan.* 75. Qui amoris ardor, qui stimuli, quae faces illas nobis acclamationes subiecerunt! *Pan.* 72. (*al.* exclamationes. *cf. Intpp.*) Comprobasti et ipse acclamationum nostrarum fidem lacrymarum tuarum veritate *Pan.* 73. acclamationes quidem nostrae parietibus curiae claudebantur *Pan.* 75. Vos proxime destinationem consulatus mei his acclamationibus approbavistis *Pan.* 95. (*De acclamationibus cf. praeter Ferrarium et alios, quos Forcell. et Pitiscus Lex. Antt. s. v. excitant, Arntzen. ad Pan. p. 16., Schwarz. ad Pan. p. 352., Casaub. ad Pers. p. 65., Mencken. de Charlataneria Erudd. p. 278. sqq. ed. Amst., Le Clerc des Journaux etc. p. 192. annot. — In Erschii et Gruberi Encycl. hic, ut sexcenties in prioribus illius operis voluminibus, frustra praesidium quaeras.*)

acclamo. *cum dat.* a. *in bonam partem:* Quin immo consurgenti ad censendum acclamatum est, quod solet residentibus IV. 9. §. 18. (*cf. Buchner et Cort.*) — b. *in malam partem:* Erat sane prius, a paucis tamen, acclamatum exeunti V. 14.

accommodo. *cum dat.:* His tu, rogo, intentionem scribentis accommodes (*quod Buchner explicat* „non minore intentione, i. e., cura et studio legas, quam scripsi ipse", *cui favent Cort. et Ernest.*) II. 5.

accommodatus. = *aptus, conveniens.* a. *cum dat.* esse ibi aëra salubrem, et lac eiusmodi curationibus accommodatissimum V. 19. sed meae naturae accommodatius est credere *Trai.* X. 68. — b. *cum praepos.* ad: Sed tibi, Caesar, nihil accommodatius fuerit ad gloriam, quam penitus inspici *Pan.* 83. — c. *absolute:* quae (*aedes*) est accommodatior *Trai.* X. 59.

accresco. = *addi. Cum dat.* Nam veteribus negotiis nova accrescunt II. 8. (*sic Med. et Prag., alii addunt praepos.* in, *ab Intpp. iam reiectam.*). Sibi enim accrescere putat, quod cuique astruatur *Pan.* 62.

accubo. = *accumbere. absolute.* Lotus accubat. III. 1. lotus accubat, coenat VI. 16.

accuro. accuratus = *diligens:* deos ipsos non tam accuratis (*i. e. artificiosis*) adorantium precibus, quam innocentia et sanitate laetari *Pan.* 3. me . . . magis silentio, quam oratione accuratissima profuisse VII. 6. Interea me quidam ex consularibus amicis secreto accuratoque sermone . . . corripit, revocat, monet, ut sistam IX. 13. §. 10. (*sic nonnulli exhibent, sed. codd. summo consensu habent* curatoque, *cf. Cort.*). — *Ad-*

verb.: si quas (*epistolas*) paullo accuratius scripsissem I. 1. (*sed Med., antiquus Catanaei, Prag. et Rom. praebent* cura maiore *cf. Cort. et Titz.*).

accurro. sic ad omnes honores meos ex secessibus accucurrit II. 1. (*reduplicationem servant optimi codd., alii* accurrit).

accurso. accursantium populus (*sic nonnulli codd. Pan.* 23. *pro* occursantium *habent*).

accursus. accursu populi ad hoc (*ad coërcendos ignes*) uti *Trai.* X. 43.

accusatio. optime ex accusatione ipsa accusatoris fides aestimatur III. 9. §. 30. Theophanes, unus ex legatis, fax accusationis et origo IV. 9. totius accusationis auctoritas (*Gewicht*) III. 9. §. 20. Arguebatur enim multa in accusatione fecisse, quae . . . lege . . . tenerentur IV. 9. priores nostros etiam singulorum hospitum iniurias accusationibus voluntariis executos (*esse*) III. 4. — Qua concordia, inquit, iniunctam nobis accusationem executi sumus, hac VII. 33. — subornatus . . ., ut accusationem exarmaret III. 9. §. 29. — Ille accusationem vel fortuita vel voluntaria morte praevertit III. 8. — Nihilominus Baetica etiam in defuncti accusatione perstabat III. 8. — Admonitus, ut perageret accusationem, peregit invitus VI. 31. — Polyaenus caussas abolitae accusationis exposuit VII. 6. — et quum ex heredibus quidam, quasi reverentia Eurhythmi, omitterent accusationem VI. 31. (*alii* remitterent. *cf. Cort.*) Bithyni accusationem eius, ut temere inchoatam, omisisse narrantur VII. 6.

accusator. accusatores IV. 9. §. 6. quod optime ex accusatione ipsa accusatoris fides aestimatur III. 9. §. 30. etiam invito accusatore VI. 31. tanquam . . . Salvii Liberalis accusatoribus affuisset III. 9. §. 33. Omnes accusatore domestico liberasti *Pan.* 42. accusatore praevaricationis damnato III. 9. §. 34. quod accusator eius praevaricationis crimine corruisset *ibid.* quum accusator ex lege sex horas, novem reus accepisset IV. 9. §. 9. Sertorius consularis et accusatoribus, quae petebant, et reo tribuit, vicitque numero V. 20. admonebat accusatores, admonebat reos V. 21. ut, sicut accusatoribus inquirendi, testibusque denunciandi potestas ex ea lege esset, ita reis quoque fieret VI. 5. — non accusatorem se, sed advocatum (*esse*) X. 85.

accusatrix. ut, missurum me (*tibi libellum Archippi*), notum accusatrici eius facerem X. 67. (*ubi cf. Rittershusii annot. de mulieribus accusatricibus, qua perlecta animoque in nomen „libellum" intento non facies cum Freundio, qui Lex. s. v. non agi de muliere litigante existimat; Forcell. recte accipit.*). Libellos Furiae Primae accusatricis, item ipsius Archippi . . . legi. *Trai.* X. 68.

accuso. quem non deberem accusare III. 4. accusare damnatum II. 11. quod sibi licuerit, non accusare VI. 31. ut, dum defenditur, turpis, dum accusat, sceleratus probaretur VI. 22. egit ipse pro se, nullo accusante V. 14. accusantibus Afris (*Marium*) II. 11. Provinciis . . . accusandi necessitatem remisisti *Pan.* 70. Accusavi Marium Priscum VI. 29. Clavium Fuscum . . . et Stillonium Priscum . . . accusavimus III. 9. §. 18. quos ille sub Nerone accusaverat I. 5. flagitiis addidit, ut quem deceperat accusaret VI. 22. quum Castam accusarem III. 9. ut qui (*Claudius*) ipsum senatusconsultum apud senatum accusaret VI. 13. — Nam defensus expeditissime, accusavit vehementer VI. 22. credebatur sponte accusasse (*unberufen*) III. 7. — Accusatus est sub Vespasiano a privatis duobus IV. 9. Accusatus non minus acriter, quam fideliter defensus IV. 9. Etenim quam dubium est, an merito accusetur, qui (*Prag.* ita) an omnino accusetur, incertum est? IV. 10. — Arguebatur enim multa in accusatione fecisse, quae illa ipsa lege, qua Bassum accusaverat, tenerentur IV. 9.

acer. 1. *proprie. De sensibus* a. *active:* quam (*gallinam*) satis acribus oculis, quamquam adhuc lippus, pinguissimam vidi VII. 21. . (*hoc genus reditus*) magnam fidem, acres oculos, numerosas manus poscit IX. 37. — b. *passive:* non tamen acres et immodicas (*auras*) V. 6. §. 14. Ut enim, si coenam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutosque miscerem, ut obtusus illis et oblitus stomachus his excitaretur VII. 3. — 2. *translate.* a. = *violentus, strenuus, severus:* favor et misericordia acres et vehementes primos impetus habent II. 11. qui est acerrimus stimulus monendi, laudibus incitavi (*adolescentem*) V. 17. Timor est emendator acerrimus VII. 17. (*sed Med. et Prag. habent* asperrimus, *cui patrocinantur Cort., Gesner, Gierig. et Titz., nec iniuria, nam timor est asper, ut lima aspera cf. Cort.*) — praetor, acer et fortis vir IV. 29. (*idem audit in proxime sequentibus* severus). Nam defensus expeditissime, accusavit vehementer; nec minus acer (*energisch*), quam bonus et sincerus apparuit VI 22. vir subtilis, dispositus, acer, disertus II. 11. (*cf. Cort.*) sit modo silentium acre et intentum et cupidum ulteriora audiendi II. 10. acres enim esse, non tristes volebamus I. 2. (*ubi Ernest. utrumque bene explicat*). Intervenit enim acribus illis et erectis frequens necessitas computandi VI. 33. (acria *et* erecta *modo* elata *et* pugnantia *dixerat: scharfe Passagen. cf. Ernest., Muncker. ad Hygin. p.* 40., *Vavassor de vi et usu etc. p.* 468. *ed. Kapp.*). — b. = *sagax, perspicax:* Nam licet acriora sint, quae legas, altius tamen in animo sedent, quae pronunciatio . . . dicentis affigit II. 3. (*i. e. eiusmodi, ut mens ea acrius et plenius perspiciat. cf. Ernest.*) sed acri intentione diiudicandum est IX. 26. quas (*rationes*) acri magnoque iudicio ab origine caussisque primis repetit I. 22. Sed erat acre ingenium, incredibile studium, summa vigilantia III. 5. Erat puer acris ingenii, sed ambigui IV. 2. Erat homo ingeniosus, acutus, acer III. 21. — Est opus pulchrum, validum, acre IV. 20.

acriter. *translate:* Audivi caussas agentem acriter et ardenter, nec minus polite et ornate I. 16. pugnat acriter (*Isaeus sc. verbis*) II. 3. Accusatus non minus acriter, quam fideliter defensus IV. 9. — Nam pronunciat acriter, sapienter, apte, decenter etiam V. 19. dixit pro Vareno Homullus calide, acriter, culte; contra Nigrinus presse, graviter, ornate V. 20. — *Comp.:* Quod ipse, qui recitat, aliquanto acrius scriptis suis, auditorum reverentia, intendit V. 3. ipsa loca, in quibus esse una solemus, acrius me tui commonent VI. 1. quanto ipsum acrius severiusque corripui (*sc. verbis*) IX. 21. amicus acrius et instantius . . . inquit VI. 20. iudicio tamen,

et quidem tanto acrius, quanto magis amo (*Fuscum*) VI. 26. — si attenderes acrius, strepitus vinculorum (*auditus est*) VII. 27. — *Superl.:* tunc acerrime emendo (= *diligentissime*) VII. 17.

acerbus. *translate. = durus, tristis, incommodus:* Mihi autem videtur acerba semper et immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant V. 5. O triste plane acerbumque funus! V. 16. Tristem et acerbum casum Helvidiarum sororum! IV. 21. (*Prag.* tristi et acerbo casu . . . afficior dolore, *quod sane multo concinnius esse videtur.*) — *Cum dat.:* Quam triste hoc ipsi, quam acerbum mihi, si VIII. 1. quod quamquam invitis et recusantibus (*decurionibus*) minus acerbum erit, leviore usura constituta X. 62. — Retracto enim actiunculas quasdam, quod post intercapedinem temporis et frigidum et acerbum est IX. 15. (*quae recte interpretatus est Gesner.*) Acerbe. *transl. = aspere:* ne quando tu quoque filium tuum acerbius duriusque tractares IX. 12.

acies. = *pugna:* qui nunquam in acie steterunt, nunquam castra viderunt II. 7.

acor. *transl.:* hortor, ut iucundissimum genus vitae nonnullis interdum quasi acoribus condias VII. 3. (*sic cum Pal., Voss. et Arnzen. cod. legendum est, quod vel invito Prag., in cuius verba alioquin iurare solet, ipse Titzius ex melioribus editt. servavit. Locus noster unus esse videtur, in quo nomen* acor *translate positum est, id quod Plinius additamento* quasi *mitigare voluisse videtur.*)

acquiesco. *transl. cum ablat.:* sic recens dolor animi consolationes reiicit ac refugit, mox desiderat, et clementer admotis acquiescit V. 16. Magno tamen fomento dolor meus acquiescet, si IV. 21. (acquiescit *ap. Titzium error typoth. esse videtur.*) Sed quamquam his solatiis acquiescam VIII. 16. Gratum est, quod nos requiris, gratum, quod his fomentis (*sc. meis libellis*) acquiescis VI. 7.

acquiro. = *accipere, parare* 1.: ut nihil de die perdunt (*ver et auctamnus*), ita de nocte parvulum acquirunt IX. 40. — Intelligentia ex hoc et iudicium acquiritur VIII. 9. male terrore veneratio acquiritur VIII. 24. — 2. *cum dat. pers.* quae licet fortuita et inania putentur, illi tamen plurimum venerationis acquirunt I. 10. quid viribus, quid corpusculo acquireres VI. 4. (*sed Med., Prag. et Aldi cod.* appareres *exhibent. cf. Cort.*) non ex metu nec terrore hominum, aut criminibus maiestatis, reverentiam nomini meo acquiri *Trai.* X. 86.

actio. *Usu forensi.* 1. *Process, Gerichtsverhandlungen:* Scribis, te perterritum somno vereri, ne quid adversi in actione patiaris I. 18. (*somnium*) egregiam actionem (*i. e. felicem caussae exitum*) portendere videtur I. 18. illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famae patefecit I. 18. unde plures actiones? III. 9. singulis actionibus *ibid.* actione tertia *ibid.* §. 19. in extrema actione *ibid.* §. 20. quod semper haruspices consulebat de actionis eventu VI. 2. Finitis actionibus Caesar . . . inquit VII. 10. — 2. *Gerichtliche Reden:* At aliud est actio bona, aliud oratio I. 20. §. 9. persuasum habeo, posse fieri, ut sit actio bona, quae non sit bona oratio, non posse non bonam actionem esse, quae sit bona oratio *ibid.* — Est enim oratio actionis exemplar *ibid.* §. 10. — Sequitur ergo, ut actio sit absolutissima, quae maxime orationis similitudinem expresserit *ibid.* sic in actione plura quasi semina latius spargo *ibid.* §. 16. At est gratior multis actio brevis *ibid.* §. 23. — Actionem a te frequenter efflagitatam et a me saepe promissam exhibui tibi II. 5. in ceteris actionibus *ibid.* §. 3. reliquae partes actionis *ibid.* §. 6. nisi prius totam actionem cognoveris *ibid.* §. 10. omniaque actionis suae vela vir movendarum lacrymarum peritissimus, quodam velut vento miserationis implevit II. 11. §. 3. (*cf. Cort.*) inchoari poterat actio II. 11. huius actionem vespera inclusit *ibid.* actiones, quae recitantur II. 19. Actionem meam, ut proelia solet, nox diremit IV. 9. §. 9. Mihi successus actionis silentium finemque suadebat *ibid.* §. 10. Erat enim periculum, ne reliqua actio mea et frigus, ut deposita, et taedium, ut resumpta, pateretur *ibid.* § 11. ut priore actione incitati magis, quam satiati (*animi*) viderentur *ibid.* §. 12. si haec eadem in actione . . . contigerit mihi . . . dicere IV. 17. ut actione mea . . . testatum est IV. 21. Commendabat actionem, quod . . . graviter loqueretur IV. 22. rescribere actiones V. 8. tota actione . . . operam dedit V. 14. In actionibus enim utramque in partem fortuna dominatur V. 20. Quare iustam (*rem*) non sum epistola exsecuturus, ut desideres actionem *ibid.* Postea actionem meam, utcunque potui, recollegi: addidi multa IX. 13. — 3. *Vortrag:* quum (*Domitius Afer*) . . . diceret graviter et lente (hoc enim illi actionis genus erat) II. 14. — 4. *gratiarum actio:* me teque et gratiarum actione et laude celebratos (*esse*) VII. 32. gratiarum actio mea (*i. e. Panegyricus*) *Pan.* 1. privatas gratiarum actiones *Pan.* 4. Hoc secreta nostra, hoc sermones, hoc ipsae gratiarum actiones agant *Pan.* 53. publica gratiarum actione perlata (*Ernest.* peracta) *Pan.* 90.

actiuncula. = *kleine gerichtliche Rede:* Retracto enim actiunculas quasdam (*sic plurimi legunt; scriptura aliquorum librorum* ratiunculas *nil aliud esse videtur, nisi corrupta glossa* oratiunculas) IX. 15.

actito. si scieris, illum aliquamdiu caussas actitasse (*Processe geführt*) III. 5.

actor. 1. *ante iudices:* Sequuntur auditores actoribus similes, conducti et redempti mancipes II. 14. fama non unius actoris (*i. e. multorum*) II. 19. Praetorius hic modo inter eloquentissimos caussarum actores habebatur IV. 11. Tanta conversio . . . actoris constantiam subsecuta est IX. 13. §. 18. — 2. *in scena:* sed scenam et actores VII. 17. — 3. *in domo:* sub eodem procuratore ac paene iisdem actoribus habere (*praedia*) III. 19. agrum ex meis, longe pluris, actori publico mancipavi VII. 18. Dicitur actori atque etiam procuratori tuo *Pan.* 36. (*De his oeconomis cf. Intpp.* ad *III.* 19., *VIII.* 18. *et Pan.* 36., *et praeter VV. DD. ap. Forcell. et Pitisc. Lex. Antt.: Vavassor de vi et usu etc. p.* 469. *ed. Kapp., Beckeri Gallus I. p.* 108. *et Le Clerc Des Journaux p.* 215 *sq.*).

actum. acta. nobis sic rusticis urbana acta perscribe IX. 15. — Ego, quia sciebam acta Bassi rescissa (*esse*) X. 64. — (*liber*) est in publicis actis V. 14. quum sit in publicis actis VII. 33. quae vos, P. C., . . . in publica acta mittenda . . . censuistis *Pan.* 75. (*De variis actorum generibus cf. Intpp. ad Plinii locc., VV. DD. ap. Forcell., Pitisc. Lex. Antt. s. v., Beckmann Beitr. zur Gesch. der Erfindd. II. p.* 232., *IV. p.* 306 , *Baehr. Gesch. d. röm. Litt.* §. 202. *et in Erschii* et *Grub. Encycl., Böttcher. Lex. Tacit. — Nostris temporibus de industria de illo instituto egerunt: Schlosser: „Ueber*

die Quellen der spätern lat. Geschichtschreiber, besonders über Zeitungen, öffentl. Bekanntmachungen, Archive und deren Benutzung unter den Kaisern" in Schlosseri et Berchtii Archiv für Gesch. u. Litt. I. 1. p. 80—106.; *et I. Vict. Le Clerc: „Des Journaux chez les Romains, recherches précédés d'un mémoire sur les Annales des Pontifes et suivies de fragments des journaux de l'ancienne Rome. Paris.* 1838.).

actus. us. 1. *agendi ratio, munus:* quum (*Maximus*) ad pristinum actum reversus fuerit *Trai.* X. 37. Actum, quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis caussis eorum, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es *Trai.* X. 98. (*cf. Buchner., Catan. et Longol. ad ll. ll.*) vim effectumque censurae, tuum propositum, tui actus obtinebunt *Pan.* 45. — 2. *Caussae forenses:* Nunc me rerum actus modice, sed tamen distringit IX. 25. (*cf. Buchner.*).

aculeus. *translate:* relinquere vero aculeum in audientium animis is demum potest, qui non pungit, sed infigit I. 20. (*auditorum intentio*) nullis extrinsecus aut blandimentis capta aut aculeis excitata II. 19. tum etiam comparationis aculeis excitabantur IV. 5. — Confido tamen, me non sic auribus duci, ut omnes aculei iudicii mei illarum delinimentis refringantur. Hebetentur fortasse, et paullulum retundantur, evelli quidem extorquerique non possunt. III. 15. (*cf. Intpp. et Quinctil. X.* 5. 16.: ipse ille mucro ingenii quotidiana pugna retundatur).

acumen. *transl.:* Summum est (*in illa*) acumen, summa frugalitas IV. 19.

acuo. *transl. = incitare:* seu quod desiderium absentium nihil perinde ac vicinitas acuit VI. 1. Acuuntur isto integritatis et industriae pretio similes, dissimiles alliciuntur *Pan.* 44. — *seq. praepos.* ad: Acuant ad bonas artes iuventutem . . . tanta praemia proposita: acuent principes viros ad liberos suscipiendos II. 7.

acutus. *transl.* 1. *de cibo = pikant:* Ut enim, si coenam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutosque miscerem, ut obtusus illis et oblitus stomachus his excitaretur VII. 3. — 2. *de ingenio:* Erat homo ingeniosus, acutus, acer III. 21. Erat enim acutus natura, usu exercitatus V. 5. Vides, quam acuta omnia, quam apta, quam expressa! IV. 27. — *Adverbium.* Cornutus Tertullus censuit ordine movendum: acutius Nerva, in sortione provinciae rationem eius non habendam. II. 12. (*sed praestat scriptura* Acutius Nerva, *qui fuit Collega Iulii Ferocis, testante Almeloveenio Fast. conss. ad annum* 853. *u. c.* (100. *p. Ch.*), *excitato iam ab Ernesto. cf. Intpp. copiosissimos ad h. l. et Schwarz ad Pan. p.* 284.).

[ad *praepos. propter spatii angustias omittimus*].

adaequo. *transl., cum dat.:* Arduum erat, has precationes tuas laudibus adaequare: adaequavimus tamen (*i. e precationibus tuis laudes adaequare; nisi praetuleris,* laudibus *pro ablativo accipere.*) *Pan.* 72. quibus (*senibus*) nunc honore adaequatus est II. 7.

adamo. Plures . . . villas possidebat, adamatisque novis (*lieb gewonnen*), priores negligebat III. 7.

adaugeo. *transl.:* quae (*laetitia*) tamen ipsa cum ingressu tuo crevit, ac prope in singulos gradus adaucta est *Pan.* 22.

addico. *Usu forensi:* Miraris, quod Hermes, libertus meus, hereditarios agros . . . Corelliae addixerit VII. 11. quas epistolas Hermes tulit, exigentique (*Corelliae*), ut statim portionem meam sibi addiceret, paruit *ibid.*

addisco. 1. = *discere:* Nos . . . multum malitiae, quamvis nolimus, addiscimus (*anlernen*) II. 3. — 2. = *hinzu lernen:* quotidie tamen aliquid addiscere IV. 23.

addo. 1. *cum dat.:* a. et necdum satis humentes terras addiderat (*amnis*) arentibus *Pan.* 30. si addidero porticus aedi IX. 39. Interim publicis servis paucos milites addidi (*sc. ad asservandas custodias*) X. 30. quos istis (*libellis*) addere velis IV. 26. — et nostra quoque nomina addentur fastis *Pan.* 92. — Addidisti ergo calcaria sponte currenti I. 8. (*cf. Cort.*) — quam (*pecuniam*) buleutae addunt beneficio tuo, aut iam obtulerunt ob introitum, aut nobis exigentibus conferent X. 48. (*qui locus, sicut exhibuimus, quum careret idonea interpretatione, Casaubonus coniecit* additi, *ut* beneficio tuo *essent ablativi; qua coniectura nihil planius; alii aliter verba tentarunt. cf. Intpp. Nisi altior corruptio insidet, quam divinatione assequi non liceat, non inconveniens, quamvis non elegans sententia oritur, ubi pro priore particula* aut *posuerimus* et). — Nam duodecim clepsydris . . . additae sunt quattuor II. 11. — Huic vitio uno remedio occurri potest, si parentibus solis ius conducendi (*praeceptores*) relinquatur, iisdemque religio recte iudicandi necessitate collationis addatur (*die Pflicht auferlegt wird*) IV. 13. — b. paullisper se intra silentium tenuit, quod illi plurimum auctoritatis addebat (*verlieh*) IV. 17. ingenio vim et amaritudinem dolor addidit (*Prag.* addit) IV. 20. multum tamen perpetuitati eius scriptorum tuorum aeternitas addet VI. 16. nihilque vobis felicitas addidit, nisi *Pan.* 83. ut . . . tantisque muneribus addas perpetuitatem *Pan.* 94. quibus (*ducibus*) imperatorium nomen addebant contecti caedibus campi *Pan.* 12. Huius aliquando cura Pompeio non minus addidit gloriae *Pan.* 29. ut ille multum virtutibus suis addidit (*cf. Io. Chr. Th. Ernest.*) I. 10. qui (*Catullus Messalinus*) luminibus captus (*vulg.* orbatus) ingenio saevo mala caecitatis addiderat IV. 22. Caesari scripsit Aticinus: flagitiis addidit, ut, quem deceperat, accusaret VI. 22. monstres aliquid, quod his addam VII. 17. quae executio prioribus (*sententiis*) aliquid addentium VIII. 14. His (*studiis*) quaedam addidi in villa IX. 10. Addebat his (*sc. argumentis*) et litteras tuas scriptas sibi: addebat et patris tui edictum X. 66. — Neque enim ullam necessitatem muneribus tuis addis *Pan.* 36. — gratum (*erat*), quod tantum non ultro clientibus salutatis quasdam familiaritatis notas adderes *Pan.* 23. (*sed* cl. sal. *abll. abss. esse possunt*). — 2. *cum praepos.* ad: Ad haec ego genera caussarum, ambitiose fortasse, addam tamen claras et illustres (*hinzurechnen*) VI. 29. — Igitur iis, qui pluris, quam decem millibus emerant, ad illam communem et quasi publicam octavam (*partem*) addidi decimam eius summae, quae decem millia excesserat VIII. 2. — 3. *cum praepos.* post: Merito tibi ergo post ceteras appellationes haec est addita, ut maior *Pan.* 88. — 4. *cum adverb.* huc: Habes aestate, hieme consuetudinem: addas huc, licet, ver et auctumnum (*nimm dazu*) IX. 40. — 5. *sine dat. aut particula:* addebat (*candidatus*) quosdam ex suffragatoribus III. 20. Quin etiam tutelae caussa, quia desiderabat, addidi duos equites X. 36. — manum eius (*matris*) amplexus, addere gradum cogo (*ich nöthige sie*

zum Vorwärtsschreiten) VI. 20. — si quas (*epistolas*) addidero I. 1. addit preces suas I. 5. si hos quoque putabis addendos (*sc. honores in tabula*) III. 6. litteram non addam (*epistolae*) III. 9. si qua existimatis addenda III. 10. addere vocem immortalem ac paene divinam III. 16. addidi alios (*elegos*) facilitate corruptus IV. 4. non alienum existimavi, ne te torqueres, addere statim pressius quiddam et exilius VII. 12. addidi multa (*recolligendo actionem*) IX. 13. Unum illud addam: IX. 31. ne, dum servare volumus, quod impensum est, male impendamus, quod addendum est X. 48. — nec poena cuiquam remissa, sed addita est ultio *Pan.* 36. Iam quid tam civile, tam senatorium, quam illud additum a vobis Optimi cognomen *Pan.* 2. — Addebat (*Piso*) etiam temporis spatium, postulabatque, ne id, quod pro multis et olim accepisset, cum eversione reliquae dignitatis reddere cogeretur (*er fügte als Entschuldigungsgrund hinzu, dass die Sache verjährt sei*) X. 111. — et furta (*amatoris*) novas addentia flammas IV. 4. *versu.* — Addebat fidem (*es machte die Sache glaublich*), quod credibile erat, neminem hoc ausum sine auctore X. 40. — nisi hoc, quod reliquum est, studii addidero (= *impendero*) V. 8. — Adde, quae de eodem Pericle comicus alter (*nimm dazu*) I. 20. Addam (*epistolae*), quod . . . succurrit III. 14. — animadvertis, ut non contenta lex dicere: ALIA, addiderit: OMNIA VIII. 14. — 6. *seq.* ut: Additur (*senatusconsulto*), ut Pallas . . . fructum . . . ferat VIII. 6. Additum est (*senatusconsulto*), ut pecuniae . . . revocarentur III. 9. §. 17. Additum est, ut, qui . . . vicesimam deberent, . . . non inferrent *Pan.* 40. — 7. *seq. acc. cum inf.:* Addidi, hunc ordinem me in scribendo sequi, ut VIII. 21. Addidit etiam, petendum a consulibus (*esse*) VI. 5. Addunt etiam (*homines*), non fuisse ei liberum, alio testamento mori VIII. 18. addis etiam, melius rectiusque Frontinum (*fecisse*) IX. 19. — 8. *Adde quod:* Adde, quod difficile est tenere, quae acceperis VIII. 14. Adde, quod . . . congruens erat *Pan.* 38. — 9. *Singularis locutio est* III. 8.: Addiderunt Baetici, quod simul socios ministrosque Classici detulerunt (*ubi omnes difficultates evanescunt, quas Intpp. plurimas moverunt, si* addiderunt *illud absolute positum vertamus: Die B. gingen noch einen Schritt weiter, indem sie etc.*)

addubito. 1. *absolute:* Faciam, quia hortaris; quamvis vehementer addubitem. II. 19. — 2. *seq.* an: Ego contra vehementer addubitem, an sit potius id tempus, quo εἰςήλασαν (*iselastici*), intuendum X. 119.

adduco. 1. *proprie:* atque etiam ipse adduxerat puerum (*sc. mihi*) IV. 13. — Potest enim lacus fossa usque ad flumen adduci, nec tamen in flumen emitti X. 69. — 2. *transl.:* a. adductus affinitatis officio II. 4. (*sed Rom., Brummeri Excerpta et Prag., ut Cort., habent* ductus *„magis ad aurium sensum" iudicante Schaefero.*) — b. in discrimen adduxit (*legatos*) III. 9. §. 36. et alioquin meus pudor, mea existimatio, mea dignitas in discrimen adducitur II. 9. in summum discrimen adducta (*neptis*) VIII. 10. et in summum discrimen adducta respublica *Pan.* 41. Augebat auctoritatem iubentis in summum discrimen auctoritas eius adducta *Pan.* 10. — c. in spem adducor, posse fieri, ut III. 18. His ex caussis in spem certissimam adducor, perpetuam nobis . . . futuram esse concordiam IV. 19. — d. = *veranlassen: seq.* ad: ad quod petendum, voto primum, deinde bono quodam adducimur IV. 15 — *seq.* ut: His ex caussis non adducor, ut duo dissimilia . . . confundam misceamque V. 8. Ego ut esse credam

(*phantasmata*), imprimis adducor, quod audio accidisse Curtio Rufo (*sic Prag.; Med.* in primis educor, *in quo aut* educor, *aut scriptura aliorum librorum* imprimis eo ducor *latet*) VII. 27. Quo magis adducor, ut neutrum (*vestrum*) falli putem VIII. 3. — *absolute:* Ais, te, adductum litteris . . ., cupere cognoscere VI. 20.

adductus. *transl.:* Nam in concionibus (*Saturnini. cf. Intpp.*) eadem, quae in orationibus, vis est: pressior tamen et circumscriptior et adductior (*gezügelter, gemessener, „compendiosior. Non enim latius evagatur, neque digressionibus gaudet.“ Catan. cf. Io. Ch. Th. Ernest.*) I. 16.

adeo. (*verbum*). 1. de *loco.* a. *cum accus.:* ubi monumentum eius (*Virgilii*) adire, ut templum solebat III. 7. (*de more illo cf. Cort.*). Alloquitur (*Martialis*) Musam, mandat, ut domum meam Esquiliis quaerat, adeat reverenter III. 21. adeant, frequentent securas tandem ac patentes domos *Pan.* 42. Athenas esse, quas adeas VIII. 24. atque inter haec pia mente adire lucos (*sacros*), et occursare numinibus *Pan.* 81. — b. *absolute:* Vis constare reverentiam magistratibus, legibus auctoritatem, modestiam postulantibus? adi (*sc. tribunal.*) *Pan.* 60. (*sed cf. Intpp.*) Proxime, quum dicturus apud centumviros essem, adeundi mihi locus nisi (*Prag. omitt.*) a tribunali, nisi per ipsos iudices, non fuit: tanta stipatione cetera tenebantur IV. 16. — c. *passiv.:* Aditur (*villa*) non una via: nam et Laurentina et Hostiensis eodem ferunt II. 17. Hac (*porticu*) adeuntur diaetae duae V. 6. §. 31. Sed area, ex qua diaeta adibatur VI. 16. — 2. de *personis:* a. *cum accus.:* Postea mater adiit principem VII. 6. Adibat aliquis (*Traianum*) ut principem: respondebat, se consulem esse *Pan.* 77. Pulchrum imperio, gloriosum tibi, quum te socii atque amici, sua in patria, suis in sedibus adierunt *Pan.* 56. omnes tamen antequam te viderent adirentve, recipi, incidi iussisti *Pan.* 26. Non adire quisquam, non alloqui audebat (*Domitianum*), tenebras semper secretumque captantem *Pan.* 48. Postero die adit magistratus, monet, ut VII. 27. adeamus consules, petamusque, ne . . . sinant VII. 33. Adiit enim me indicavitque X. 64. interroga hunc, quem relegaverat (*Bassus proconsul*), an adiisset docuissetque proconsulem (*novum*) *ibid.* — b. *absolute:* adeunt (*sc. cives principem*) statim *Pan.* 79. — c. *passiv.:* quia scribam, in urbe nostra ex eiusmodi caussis collegium pontificum adiri solere X. 73. Durum est, iniungere necessitatem provincialibus pontificum adeundorum X. 74. *Trai.* (*cf. Rittershus.*). — 3. *de rebus. cum accus.:* a. Laeti ergo adite honores, capessite civitatem *Pan.* 39. — b. Rogavit enim testamento, ut hereditatem suam adirem, cernerem que X. 79. an adires heriditatem II. 4. — c. ut mihi non unus homo, sed litterae ipsae omnesque bonae artes in uno homine summum periculum adire videantur I. 22. Itaque non ut alias attoniti, nec ut periculum capitis adituri tarditate, sed securi et hilares . . . convenimus *Pan.* 48. — gratulare etiam litteris ipsis, quae ex periculo eius tantum discrimen adierunt, quantum ex salute gloriae consequentur IX. 22. — d. et quam pro me sollicitudinem non adii, quasi pro me altero patior II. 9.

Schulnachrichten
von Ostern 1838 bis dahin 1839.

Vorwort.

Auch in dem zu Ende gehenden Schuljahre ward durch die vereinten Bemühungen der Lehrer und Lernenden, wie wir annehmen zu können glauben, nicht ganz Unersprießliches geleistet. Hatten wir gleich gegen den Schluß desselben mit manchem Widerwärtigen zu kämpfen, so ist doch, wie der Fortgang dieses Berichtes zeigen wird, daraus für das Ganze kein erheblicher Nachtheil erwachsen. Allein auf der andern Seite haben die Beweise von Zutrauen und Wohlwollen, die wir von Wohlthätern und Behörden zu erhalten das Glück hatten, uns zu innigem Danke und neuem regen Eifer abermals verpflichtet.

I.

1. Verordnungen der Behörden.

1) Eine Verfügung des Hohen Ministerii der Geistlichen, Unterrichts- und Medicinalangelegenheiten zu Berlin vom 20 Februar, von Einem Königl. Provinzialschulkollegium zu Magdeburg den 22 März 38 eingegangen, gab nähere Bestimmungen über das Prädicat „Oberlehrer". 2) Eine dergleichen, eingegangen den 10 August 38, verlangte die nöthigen Nachweisungen zum Behufe des statistischen Handbuchs der Gymnasien von Dr. Theobald nach Cassel gelangen zu lassen. Der Berichterstatter hatte dafür bereits im Monat November 1837 eine ausführliche Darstellung über die Verhältnisse des hiesigen Gymnasiums an die Verlagshandlung jenes Buches abgehn lassen, auch Bescheinigung über den Empfang derselben erhalten, er hat dazu im Anfange gegenwärtigen Jahres noch Nachträge eingesandt. 3) Durch eine Verordnung der nämlichen Behörde, eingegangen den 8 Mai 38, wurden zwei Aenderungen in der Dienstinstruction für die Directoren der Gymnasien in der Provinz Sachsen festgestellt. 4) Eine ähnliche vom 25 September, eingegangen den 5 October 38, steigerte die alljährlich einzusendende Zahl der Schulschriften wieder um zwei für die Fürstl. Schwarzburg-Sondershausischen höhern Lehranstalten. 5) Eine gleiche vom 22 Januar 39, eingegangen den 6 Febr. desselben Jahres, enthielt eine Bestimmung zu dem verordneten Schema der halbjährlich einzureichenden Frequenztabellen der Gymnasien. 6) Ein Schreiben des Königl. Hohen Oberpräsidii zu Magdeburg vom 29 Octbr., eingegangen den 4 Novbr. 38, forderte zur Subscription auf die zum Besten des Magdeburger Bibelvereines herauszugebenden Predigten des Herrn Bischofs der Provinz Sachsen, Dr. Dräsecke, auf.